

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
Fo. 45

DE RERUM DISPOSITIONE

APUD

ANTIPHONTEM ET ANDOCIDEM

ORATORES ATTICOS

COMMENTATIO.

SCRIPSIT

CAROLUS GUILIELMUS LINDER.

DE RERUM DISPOSITIONE

APUD

ANTIPHONTEM ET ANDOCIDEM

ORATORES ATTICOS

COMMENTATIO.

SCRIPSIT

CAROLUS GUILIELMUS LINDER.



DE RERUM DISPOSITIONE

APUD

ANTIPHONTEM ET ANDOCIDEM

ORATORES ATTICOS

COMMENTATIO.

SCRIPSIT

D:r CAROLUS GUILIELMUS LINDER.

UPSALIENSIS.



UPSALIÆ

TYPIS DESCRIPSIT ACAD. TYPOGRAPHUS.

MDCCCLIX.

In magna illa tot tantorumque scriptorum copia et varietate, qua Græcas literas abundare constat, haud scio an nulli animum legentis aut subtili sententiarum elegantia allectum diutius teneant aut multiplici rerum ubertate occupatum delectent vehementius quam Attici Oratores. Sive enim spectamus ea, quæ in re publica facta sunt, res populi ab historicis perscriptas velut e longinquo cognoscimus, ab oratoribus velut oculis subjectas intuemur nec legere magis orationes eorum quam audire nobis videmur. Ac mores, instituta, victum cultumque veterum si investigare cupimus, ea omnia in orationibus eorum, qui in certaminibus versari soliti sunt disceptationum forensium, non tam dicendo enarrata videmus quam expressa agendo. Sive ad sermonem oratorum et eloquendi facultatem animum advertimus, vix aliunde luculentius apparet, qua in laude lingua literæque Græcorum ponendæ sint.

His ego de causis quum ad oratores illos legendos me conferebam, tum inter legendum ad id maxime contemplandum invitabar, quid quisque eorum ad dicendum ex arte et ratione deferret. Sic autem sentiebant Græci veteres, ut, quisquis in concionem populi veniret aut forum attingeret, arte eum et doctrina instructum ad illa accedere fas esse arbitrarentur. Verum quidem est, non omnia, quæ ad vim dicendi pertineant, arte et disciplina comprehendi posse[1]. Indoles enim ad bene dicendum ma-

1 Cf. Quintil. Instit. Orat. VIII, Prooem. § 12. Certa quaedam via est, et in qua multa etiam sine doctrina praestare debeat per se ipsa natura, ut haec, de quibus dixi, non tam inventa a praeceptoribus quam, cum fierent, observata esse videantur. Cf. Cic. de Or. I, 23, 109.

jor quædam per se ipsa non ea solum, quæ præcepta sunt, perficit et illustrat sed nova etiam invenit et ad usum suum convertit. Sed Ciceroni[2] credendum est, quum ad naturam eximiam et illustrem accesserit ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere exsistere. Ac neminem fere Athenis vel apud populum concionantem vel in judicio causas dicentem invenimus, qui non ex sophistarum domestica institutione et umbratili exercitatione eductus in solem et pulverem prodierit. Nimirum et ars requiritur et exercitatio. Utraque sine altera debilis est nec quidquam proficit[3]. Contra ea si altera alterius ope adjuvatur, majore in dies incremento augent inter se et perpoliunt[4]. Verum enim vero apud Græcos quum aliarum tum harum præcipue rerum cernitur vicissitudo, ut quo majores ad omnem excellentiam fecit progressiones eloquentia ipsa, eo demum diligentior et accuratior ratio dicendi et disciplina evaserit. Utraque utriusque profectuum dedit et causam et occasionem et documentum. Hoc eo minus in eloquentiæ apud Græcos historia mirandum est, quod veteres illi dicendi præceptores inde a Corace et Tisia, Siculis, a quibus primis libros rhetoricos (τέχνας ῥητορικάς[5]) conscriptos esse constat[6], usque ad auctorem Rhetoricæ, quæ

2 Pro Licin. Arch. 7, 15.

3 Cf. Quint. I. O. III, 5, 1. Auctor ad Herenn. (Cornific.) I, 1, 3. Stallbaum. ad Platon. Phædr. 269. D. L. Spengel. Ueber die Rhetorik des Aristoteles. München 1851. p. 11 sq.

4 Præclare Quint. I. O. X, 2, 8 nulla — inquit — sit ars, qualis inventa est, nec intra initium stetit.

5 Illis τέχναις eloquentiæ non præcepta solum sed exempla etiam continebantur, cujus generis sunt tetralogiæ Antiphontis. Cf. L. Spengel. Συναγωγὴ τεχνῶν s. Artium Scriptores. Stuttg. 1828. p. 117 sq. Valent. Rose De Aristotelis libror. ord. et auctorit. Berol. 1854. p. 101.

6 Cf. Spengel. l. l. p. 29 sqq. 37 sqq. Cic. de Invent. II, 2, 6 Tisiam inventorem et principem hujus artis dicit. Sed cf. Id. de Or. 1, 20, 91. Brut. 12, 46. Marii Victorin. expositt. in Cic. de Invent. l. l. p. 207. ed. Neapol. 1777. Qnintil. I. O. III, 1, 8. Schol. ad Isocr. or. 13 § 19.

dicitur ad Alexandrum[7], omnes et oratores fuerunt[8] ipsi et ita de dicendo præceperunt, ut, quæ traderent, omnia ad usum forensem converterent et accommodarent.

Quæ cum ita sint, quia inter artem et usum dicendi apud Græcos ea intercessit ratio et contentio, ut ab hoc illa non recederet, in illa hic niteretur[9], operæ pretium

7 Anaximenem Lampsacenum. Ille liber de rhetorica conscriptus in operum Aristoteliorum editiones irrepsit atque in codicibus manu scriptis, qui adhuc cogniti sunt, sub nomine Aristotelis fertur. De hac re dubitationem primus movit Petrus Victorius in prolegomenis Commentariorum in tres libros Aristotelis de arte dicendi (Florent. 1548) iis, quæ inscribuntur "capita quæ perpendi debent ante legitimam operis declarationem," auctoremque libri ex Quint. I. O. III, 4, 9 Anaximenem esse monstravit. Cf. Ejusdem Varr. Lectt. Lib. XIV. c. 11. p. 246. ed. Lugd. 1554.) Sententiam ejus secuti sunt proximis seculis plurimi viri docti, quos C. E. Finkhius in Commentatione de auctore rhetoricae, quae dicitur ad Alexandrum, Heilbron. 1849. p. 1—2 enumerat, quamquam addere poterat Editorem operum Aristotel. Basil. 1563. p. 549—551 et Capperonerium ad Quintil. I. O. III, 4, p. 151 sq., qui tamen contra quam fecit Spengel. ad Anaxim. (Lips. 1850) p. 99 Quintilianum, non Anaximenem emendandum censet. At cf. Finkh. l. l. p. 6—12. Fuerunt quoque, qui, quum hanc artem Aristotelis esse negarent, tamen alii aliis auctoribus tribuerent, de quibus cf. H. Usener, Quæstiones Anaximeneæ. Gottingæ 1856. p. 2. Sententiam Victorii denuo argumentis confirmavit L. Spengel. Artt. Scriptt. p. 182—191 Cui postquam adversatus est Laur. Lerschius (Sprachphilosophie der Alten. Tom. II. Bonn. 1840. p. 280—290), quum post acerrimas inter ipsos controversias (cf. Zeitschr. f. Alterthumswissensch. 1840. p. 1258-1267. 1846, p. 919—940. 1847, p. 9—14. Rhein. Mus. 1842, p. 176—192. Anaxim. ed. Spengel. p. X sq. cf. p. 99 sq.) ad Spengelium inclinasset victoria, tum demum a plerisque Anaximenis esse librum non injuria negari desitum est. Ceterum cf. Finkh. l. l. Quamquam demonstrare conatus est C. Campe (in Philol. IX, 106—128, 279—310) non magis Anaximenis hoc opus esse quam Aristotelis aut alicujus unius scriptoris sed ex pluribus misere confectum. De quo cf. Usener. l. l. p. 3 sqq.

8 Spengel. Artt. Scriptt. p. 117. Dionysius quoque Halicarn. De Isæ. judic. c. 19, p. 626. Reisk. ab Anaximene orationes scriptas esse docet. Cf. Usener. l. l. p. 22.

9 Cf. Spengel. Ueber das Studium der Rhetorik bei den Alten. München 1842, p. 8. "Die Vergleichung lehrt die Uebereinstimmung,

fore duxi, si quis ad oratorum Græcorum dicendi virtutes explanandas ita se conferret, ut a rhetorum illorum decretis proficisceretur et ad eorum leges et expositiones, quoad ejus fieri posset, singula revocaret. Ego vero quum neque omnem vim dicendi complecti me posse viderem neque omnium, qui in hoc genere essent, licere mihi rationem habere, non inutile esse putavi eorum, quæ ad eloquentiam pertinerent, unam aliquam partem deligere, quæ apud quosdam oratores qua in ratione esset, quam maxime possem distincte, exponerem. De rerum igitur dispositione apud Antiphontem et Andocidem, oratores Atticos, quærere constitui ita, ut ab Anaximene rei tractandæ principia repeterem ad ejusque leges et præcepta referrem ea, quæ de hac re cognita et explorata haberem. Qua re effici in illis scriptoribus posse sperabam, ut et ad universam facultatem oratoriam eorum illustrandam et ad singulos locos aut melius explicandos aut rectius emendandos aliquid conferretur.

Sed quærat forsitan quispiam, qua re commotus fecerim, ut ad Anaximenem potissimum accederem, Aristotelem, summum illum rei rhetoricæ explanatorem, missum facerem. Ad hæc et brevis erit et facilis responsio. Aristoteles enim quum rem altius repetendam duxisse videatur, a more rhetorum abhorrens paulo subtilius quam pro fori usu concionumque certaminibus disputavit. Contra ea Anaximenes omnia ad causarum veritatem civiliumque disceptationum consuetudinem conformata accommodavit[10].

---

und so gross ist die Aehnlichkeit, dass man oft im Zweifel ist, ob die Lehre aus der Rede genommen, oder umgekehrt, die Rede der Lehre und Vorschrift angeeignet worden ist"

10 Cujus sententiæ auctorem habeo satis locupletem Leonardum Spengelium, peritissimum harum rerum existimatorem. — — "ja, dass ich kein Bedenken trage, den Werth dieser Rhetorik (i. e. Rhet. ad Alex.) für uns zum Verständniss der Reden der Alten — nicht zur Erkentniss der Beredtsamkeit an sich — höher, als den der Aristotelischen anzuschlagen." Zeitschr. f. Alterth. wiss. 1840, p. 1259. Cf. Idem, Ueber das Stud. der Rhet. p. 11 sq. p. 23. Usener. l. l. p. 30.

Rem igitur, quam nobis proposuimus, ita pertractare in animo est, ut primum indicemus, quibus potissimum ex rebus conflentur et efficiantur ea, quæ ei, qui ad dicendum surrexerit, oratione persequenda sint, tum vero singulas Antiphontis et Andocidis orationes percenseamus in iisque quæ sit rerum dispositio consideremus, postremo de transitionibus breviter exponamus.

Ac primum quidem causarum a civibus inter se oratione tractatarum (*τῶν πολιτικῶν λόγων*)[11] duo esse genera (*γένη*)[12] Anaximenes voluisse videtur, concionale (*δη-*


11 "*Πολιτικὸς λόγος* est causa civilis, quæ oratione publica tractatur." Ernest. Lexic. Technolog. Græc. p. 279. Cf. Petr. Victorius, Commentar. in Aristot. Rhetor. p. 394. Finkh. Commentat. de Auct. Rhet. ad Alex. p. 9.

12 Initium libri Anaximenei hoc est: *Δύο γένη τῶν πολιτικῶν εἰσι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικὸν, τὸ δὲ δικανικόν.* Ubi quum Codd. omnes: *Τρία γένη - - - τὸ δ' ἐπιδεικτικὸν, τὸ δὲ δικανικόν* præbuissent, probabiliter Spengelius ex Quintil. I. O. III, 4, 9 et Syriani Schol. in Hermogenis *στάς.* IV, 60 sq. Rhett. Walz. totum locum restituit. Quod si quæritur, genera illa et species quonam rationis vinculo inter se contineantur, Spengelius et Finkhius de hac re egregie illi quidem disputarunt, sed non plane et perfecte, si quidem nulla fere necessitate unas ex alteris aptas esse dixerunt. Cf. Spengel. Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1840, p. 1263: "Nicht auf dem Grunde der drei *γένη*, die dem Aristoteles eigenthümlich sind, sondern auf dem der sieben *εἴδη* beruht diese kleinere Rhetorik" (= Rhet. ad Alex.). Id. Commentar. ad Anaxim. p. 100, IV. Finkh. de Auct. Rhet. ad Alex. p. 7. "recte respondit Spengelius, in tractatione argumenti ipsa non genera explicari, ut apud Aristotelem, sed missis generibus singulas examinari species." Hoc ita a doctis illis viris recte disputari non negandum est, si putatur Anaximenes non tam id egisse, ut, quemadmodum fecisse novimus Aristotelem, vel in singulis sui libri partibus species illas ad suum quodque genus semper revocaret, quam id spectasse, ut quam utilissime præciperet, quid esset in quaque specie iis, qui ad dicendum se vellent institui, observandum. Sed nescio an injuste cum Anaximene agatur, si quis eum ita rem transegisse affirmet, ut, quum genera in partes distribuisset, quænam partibus subessent genera, non agnosceret. Aliud est post generum in partes factam divisionem genera prætermittere, partium rationem habere, aliud in ejusmodi partes genera distribuere, quæ non sui quæque gene-

μηγορικόν) et judiciale (*δικανικόν*), species (*εἴδη*) autem dixit esse septem, suadendi (*προτρεπτικόν*) dissuadendi (*ἀπο-*

---

ris propriæ sint, sed omnibus promiscue generibus communes. Atque Anaximenes nomina septem partium posuit, sed ipsas partes insciens et imprudens statuisse videtur esse octo. Distribuendi igitur ratio ab illo inita hæc mihi videtur fuisse:



Hoc modo, quamvis non prorsus apte, institutam tamen esse ab Anaximene divisionem arbitror. Quare, si non aperte, at vere species generibus subjectas voluit. Cujus quidem rei vestigia in ipso libro hic illic apparent. Quum enim cap. 18. p. 204, 28–30. ed. Teubn. (1853) de anticipatione (*προκαταλήψει*) agitur, ejus rei tractatio in duas partes dividitur, quarum una de *δημηγορίαις* est, altera de *δικαιολογίαις*: *ἐν μὲν οὖν ταῖς δημηγορίαις οὕτω καὶ ταῖς προκαταλήψεσι χρηστέον καὶ τοῖς θορύβοις ἀπαντητέον· ἐν δὲ ταῖς δικαιολογίαις προκαταληψόμεθα μὲν ὁμοιοτρόπως τοῖς προειρημένοις κτλ.* Et vero in eo numero est *προκατάληψις*, "*ὧν προσδέονται κοινῇ*" (p. 191, 23) *τὰ εἴδη*. Similiter c. 36. p. 231, 6–8 *τάξομεν δὲ τὰ δικανικὰ προοίμια τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ τὰ δημηγορικά.* Ib. p. 233, 18—22 *ὅθεν δὲ ταῦτα γίνεται, ἐν τῷ δημηγορικῷ καὶ ἐπὶ τῶν προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν εἰρήκαμεν, καὶ ἐν τῷ ἀπολογητικῷ εἴδει πάλιν ἐπὶ τελευτῆς διέξιμεν. τὸν μὲν οὖν πρῶτον λόγον, ἐὰν κατηγορῶμεν, ἐν τοῖς δικανικοῖς οὕτω συνθήσομεν καὶ τάξομεν.* Ubicunque enim in universum de generibus orationum mentionem facit Rhetor, *δημηγορίας* (*τὰ δημηγορικά*) semper *ταῖς δικαιολογίαις* (*τοῖς δικανικοῖς*) opponit. *Τὸ ἐξεταστικὸν εἶδος* autem ad *γένος δικανικὸν* referre oportere testis quodam modo est et Quintilianus I. O. III, 4, 9 ("tres ultimæ judicialis generis sunt partes") et Ernesti Lex. s. v. *ἐξετάζεσθαι* et vero ipse Anaximenes c. 36 init. p. 228, 22: *Λοιπὸν δέ ἐστιν ἡμῖν εἶδος τό τε κατηγορικὸν καὶ τὸ ἀπολογητικὸν καὶ τὸ ἐξεταστικόν.* Quæ de hoc loco Spengel. Commentar. in Anax. p. 240 et Finkh. p. 10 scripserunt, ea sine dubio recte disputata sunt. Nihilo tamen minus dicere voluisse videtur auctor libri, una parte materiæ, quam sibi proposuisset, pertractata, restare, ut ad alteram, qua quidem accusatio et defensio et exquisitio con-

τρεπτικόν), laudandi (ἐγκωμιαστικόν), vituperandi (ψεκτικόν), accusandi (κατηγορικόν), defendendi (ἀπολογητικόν), exquirendi (ἐξεταστικόν). Argumenta, quibus utuntur oratores, peti possunt ex justo, ex legitimo, ex utili, ex honesto, ex jucundo, ex facili, ex possibili[13], ex necessario (ἐκ τοῦ δικαίου, νομίμου, συμφέροντος, καλοῦ, ἡδέος, ῥᾳδίου, δυνατοῦ, ἀναγκαίου), aut ex injusto, ex non legitimo, ex inutili, reliquis[14], quibus ex rebus aut ipsis argumenta sumuntur, aut ex iis, quæ his similia sunt, aut contraria, aut in aliorum existimatione et judicio posita[15]. Hæc quum capita et quasi fontes quidam argumentorum sint[16], a posterioribus rhetoribus τελικὰ κεφάλαια appellabantur[17]. Ac

---

tinerentur, transiret. Quod vero cap. 37 init. p. 238, 1 dicit exquirendi speciem perraro solam usurpari, sed ceteris partibus adjunctam, id non obstat, quominus, sive sola ponatur sive cum ceteris conjuncta reperiatur, si per se intelligatur, ad genus judiciale referatur. Nam et hoc pariter τοῦ ἐξεταστικοῦ atque τοῦ κατηγορικοῦ et ἀπολογητικοῦ proprium esse dicitur, ad ἀντιλογίας plurimum valere (cf. p. 238, 1 sqq. τὸ δ' ἐξεταστικὸν - - μάλιστα πρὸς τὰς ἀντιλογίας χρήσιμόν ἐστιν. p. 192, 2 ταῦτα γὰρ [i. e. τὸ κατηγορικὸν καὶ τὸ ἀπολογητικόν] πλείστης ἀντιλογίας δέονται), et id vel omnes orationum species commune apud Anaximenem habent, ut pro re nata aliæ aliis quasi opem ferant inter seque commisceantur. Cf. loci ii, quos laudat Finkhius p. 11. Adde Anaxim. p. 191, 16 – 22. Cf. Usener. p. 35.

13 Nam hac voce utitur Quintil. I. O. III, 8, 25.

14 Anaxim. 175, 10 sq. ἅπασαι δὲ αἱ πράξεις μετέχουσι τούτων ἀμφοτέρων, ὥστε μηδετέραν τῶν ὑποθέσεων ἔχοντα λόγων ἀπορεῖν, ubi Spengel. Commentar. p. 107 expungi vult ἔχοντα; quod tamen quo jure fecerit vir doctissimus mihi non liquet. Melius fortasse ὥστε μηδ' ἕτερον ἑτέραν τῶν ὑπ. ἔ. λ. ἀ. i. e. ut nullo modo nesciant alter pro altera sententia pugnans, quibus argumentis utantur. De significatione vocis μηδ' cf. Hartung Partt. I, 210.

15 Anax. p. 176, 13—17.

16 Cf. Capperoner. ad Quintil. I. O. p. 194.

17 Ernestius Lex. p. 179: "loci et sedes argumentorum aut tractationis, qua in oratione utimur." Cf. Usener. p. 24. Spengel. Commentar. ad Anax. p. 104 sq. Cornific. ad Herenn. III, 2, 3: "Eos, qui sententiam dicent, finem sibi conveniet utilitatis proponere," ubi cf. Kayser.

sunt omnibus causarum partibus communia illa quidem, sed maximus eorum usus in suasione et disuasione est[18]. Latet quoque argumenti aliquid in amplificatione et extenuatione (*αὐξήσει, ταπεινώσει*), quarum usus quum in ceteris est, tum in laudationibus et vituperationibus frequentissimus[19]. Probationum argumenta (*πίστεις*) aut ex ipsis verbis et rebus et hominibus repetuntur, aut aliunde acquiruntur (*αἵ θ᾽ἐπίθετοι τοῖς λεγομένοις καὶ τοῖς πραττομένοις*)[20]. Priore in genere sunt probabilia[21] (*τὰ εἰκότα*), exempla[22] (*παραδείγματα*), ex contrario ratiocinatio[23] (*τεκμήριον*), ex repugnantibus vel argumentatio vel sententiosa conclusio[24] (*ἐνθύμημα*), sententia[25] (*γνώμη*), signum[26] (*σημεῖον*), evidens probatio[27] (*ἔλεγχος*). Posterioris generis sunt opinio dicentis[28] (*ἡ δόξα τοῦ λέγοντος*), testes[29] (*μαρτυρία*), quæstio[30] (*βάσανοι*), jusjurandum[31] (*ὅρκος*). *Πίστεις*

18 Anaxim. p. 186, 14—16. 189, 30—32. 191, 25—29.

19 Anax. 187, 3 sqq. 191, 29—31.

20 Anax. 192, 14 sq.

21 Credibilia Quintil. I. O. V, 9, 16. In quibus tria sunt, *πάθος, ἔθος, κέρδος*. Anaxim. c. 7. p. 192, 23 sqq. Cf. Spengel. Commentar. p. 154. Artt. Scriptt. p. 31. Usener. p. 36 sq.

22 Anax. c. 8. Horum duo genera sunt, *τὰ μὲν κατὰ λόγον, τὰ δὲ παρὰ λόγον*.

23 Anax. c. 9. Cf. Ernesti. Lex. s. v. Spengel. ad Anax. Comment. p. 161 sq. Quint. I. O. V, 9, 1. Kayser. ad Cornif. p. 291.

24 Cornific. ad Herenn. p. 291. Duplex hæc appellatio simul ex ipsa Anaximenis definitione c. 10 init. et ex iis, quæ pluries in libro de enthymemate dicuntur, efficitur. Cf. p. 221, 8. 23. 231, 21. 234, 11. Ex repugnantibus sententiosa conclusio ab Anaximene plerumque *ἐνθυμηματώδης τελευτή* vocatur cf. Anax. 221, 8. al. Spengel. Comment. p. 162.

25 Anax. c. 11.

26 Anax. c. 12. Cf. Kayser. ad Cornif. p. 240 sq.

27 Anax. c. 13. Cf. Quintil. I. O. V, 10, 7.

28 Perperam Usener. p. 38 "bonam existimationem" dixit. Anax. c. 14, p. 201, 12 sq. *τὸ τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ἐμφανίζειν κατὰ τῶν πραγμάτων*.

29 Anax. c. 15.

30 Anax. c. 16.

31 Anax. c. 17.

illæ ut omnibus causis necessariæ sunt, ita ad accusationes et defensiones utilissimæ[32]. Accedunt hæc dicendi adjumenta omnibus causarum partibus communia, anteoccupatio s. præceptio[33] (προκατάληψις), petitiones[34] (αἰτήματα), brevis recapitulatio[35] (παλιλλογία), alia, quæ tamen non capita et sedes argumentorum sunt habenda, sed rerum exponendarum formæ quædam et quasi instrumenta.

Hæc omnia ad inventionis maxime notionem accommodata esse ab Anaximene videntur[36]. Neque vero satis est invenire, sed inventa etiam disponere[37] oportet, ut in unius orationis quasi corpus[38] coalescant ea, quæ ad dicendum excogitata sunt. In hac re exponenda multa cum industria Anaximenes versatus est. Quippe jam enim ab ultimo principio hujus præceptionis ei parti, quæ est de dispositione, plurimum videtur tributum esse. Quæ enim de artis oratoriæ apud Græcos initiis traduntur, ea, quamquam videntur rhetoricis magis decora fabulis esse quam incorruptis rerum monumentis, tamen rei factæ quandam speciem præ se ferre existimanda sunt. Syracusanos ferunt mortuo Hierone, tyranno satis crudeli, non amplius quemquam regnare passos esse. Coracem autem quendam, qui olim apud Hieronem multum valuisset, populo res publicas tenente in animum induxisse, ut eadem in posterum apud plebem esset gratia, qua apud tyrannum an-

32 Anax. p. 191, 31—192, 2.

33 s. anticipatio. Cf. Anax. c. 18.

34 Anax. c. 19.

35 Anax c. 20. Cf. Spengel. Commentar. p. 184. Hæc *παλιλλογία* fit per ratiocinationem (*διαλογισμόν*), per electionem (*προαίρεσιν*), per interrogationem (*ἐπερώτησιν*), per enumerationem (*ἀπολογισμόν*), per ironiam (*εἰρωνείαν*). Cf. p. 222, ?3 sq.

36 Cf. Quintil. I. O. III, 3, 7.

37 Id. l. l. § 2.

38 Anax. c. 28. p. 214, 4: *χρὴ τάττειν τοὺς λόγους σωματοειδῶς.* Cf. p. 222, 3. *ἄλλο ἄλλῳ συνάπτειν μέρει καὶ συνυφαίνειν τὸν λόγον.* Cf. Plat. Phædr. 264. C.

tea fuisset. Varium autem et mutabile semper plebem esse ratus, quum nulla re præterquam oratione animos hominum temperari videret, ad sana consilia populum dicendo impellere aut avocare apud animum suum statuisse dicitur[39]. *Εἰσελθὼν οὖν* — inquit rhetor — *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ πᾶς συνηθροίσθη δῆμος, ἤρξατο λόγοις πρότερον θεραπευτικοῖς καὶ κολακευτικοῖς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θορυβῶδες καταπραῦναι τοῦ δήμου· ἅτινα καὶ προοίμια ἐκάλεσε· μετὰ δὲ τὸ καταπραῦναι καὶ κατασιγῆσαι τόν δῆμον ἤρξατο περί ὧν ἔδει συμβουλεύειν τῷ δήμῳ καὶ λέγειν ὡς ἐν διηγήσει καὶ μετὰ ταῦτα ἀνακεφαλαιοῦσθαι καὶ ἀναμιμνήσκειν ἐν συντόμῳ περὶ τῶν φθασάντων καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγειν τὰ λεχθέντα τῷ δήμῳ, ἅπερ ἐκάλεσε προοίμιον, διήγησιν, ἀγῶνας, παρέκβασιν, ἐπίλογον. Προλεγόμ. τῆς Ἑρμογένους ῥητορικῆς.* Walz. IV, 11 sq. Hæc supra Hermogenem non repeti apertum est. Ea autem, ex quibus sua exscripsit Prolegomenorum auctor, sine dubio et ipsa ex rivulis petita sunt, non ex ipso fonte derivata. Quam ob rem quæ in prolegomenis illis narrantur, ea quoties quam vario modo mutando, curando, demendo, interpolando corrumpi potuerint, apparet, tot seculis interjectis, ex quo ea, quæ primum de Corace tradita sunt, verisimile est memoriæ esse mandata. Vel obiter intuenti manifestum erit, quam nihil sibi ipse constans fuerit ille Prolegomenorum scriptor. Qui quum Coracem dixerit primum *λόγοις θεραπευτικοῖς καὶ κολακευτικοῖς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θορυβῶδες καταπραῦναι τοῦ δήμου*, tum *λέγειν ὡς ἐν διηγήσει*, postremo *ἀνακεφαλανοῦσθαι καὶ ἀναμιμνήσκειν*, tamen et *προοίμιον* et *διήγησιν* et *ἀγῶνας* et *παρέκβασιν* et *ἐπίλογον* in orationem ab eo admissa

39 De motibus in re publica Syracusanorum hoc tempore excitatis Diodorus Sicul. quum alia narrat tum (XI, 87. p. 94. Teubn.) hoc: *ἐπεπόλαζε γὰρ δημαγωγῶν πλῆθος καὶ συκοφαντῶν, καὶ λόγου δεινότης ὑπὸ τῶν νεοτέρων ἠσκεῖτο.*

esse affirmat. Melius egit Doxopater in iis, quæ inscribuntur *Προλεγόμενα τῆς Ῥητορικῆς*, Walz. VI, 12 sq. Qui sive ex illis ipsis Prolegomenis, sive ex eodem fonte, quo illa manaverint, sua derivavit, ita a Corace orationem dispositam esse dicere videtur, ut, ubi plurimum, tres partes sumerentur. *Καὶ τὰ μὲν πρῶτα* — inquit — *ἐκάλει προοίμια, τὰ δὲ δεύτερα ἐκάλεσεν ἀγῶνας, τὰ δὲ τρίτα ἐκάλεσεν ἐπιλόγους* (l. l. p. 13). Utcunque erit, illud demum concludere licet, a Corace et disponendi præcepta data esse et orationes, quas ipse habuerit, aliquo certo ordine esse dispositas. Quod eo confidentius colligi potest, quod jam a natura ita instituti esse videmur, ut et blandiri et suppliciter insinuare iis, a quibus est aliquid petendum, et rem gestam exponere et confirmare et ad extremum deprecari aliquid et conqueri possimus[40].

Sed ut ad Anaximenem revertamur, dispositio ab illo *τάξις* appellata est[41]. Quo ipso nomine posteriores quoque dicendi magistri dispositionis notionem comprehenderunt, ut Aristoteles Rhet. III, 12 extr., Dionysius Halic. de Thucyd. judic. p. 826, 4 Reisk., Syrianus Schol. IV, 574 Walz., Theon Progymnasm. I, 157, 3 W., Doxopater *Ὁμίλ. εἰς Ἀφθόν.* II, 138, 12 W., Anonymus *Προλεγόμ. τῶν εὑρέσ.* VII, 53, 8 W., alii. Altera hujus rei appellatio est *οἰκονομία*, quam primus usurpasse videtur Hermagoras: cf. Quintil. Inst. Or. III, 3, 9.: "Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, subjicit oeconomiæ, quæ Græce appellata ex cura rerum domesticarum et hic per abusionem posita nomine Latino caret." Ac legitur etiam apud

---

40 Verbis usus sum Ciceronis de Orat. I, 20, 90.

41 *Τάξις* p. 223, 24. *τάξιν* 238, 4. *τάξεις* 174, 25. 223, 27. Sæpius verbo *τάττειν* rem significat, ut 214, 4. 220, 22. 30. 231, 15. *τάττομεν* 236, 20. *τάττωμεν* 219, 14. 21. *τάξομεν* 218, 8. 220, 7. 225, 3. 16. 27. 228, 24. 231, 6. 233, 23. 237, 32. *τάξωμεν* 227, 23. *τάττοντες* 231, 25. 239, 3. *τακτέον* 221, 15. 226, 27.

Dionys. Hal. pluries, cf. Ind. Reisk. s. v.; in Aristidis quæ fertur, τέχν. IX, 443 Walz. *οἰκονομία δὲ λόγου ἐφ' ἅπαντι ἡ ἁρμόζουσα τάξις κτλ.*; Longin. *τέχν. ῥητ.* p. 302 sq. Teubn.; *Προλεγόμ. τῶν στάσ.* VII, 26, 12 Walz.; Sopat. *Διαιρέσ. ζητημάτ.* VIII, 3, 18 W., al. Fuerunt quoque, qui simul et *οἰκονομίαν* et *τάξιν* esse sumerent, ut Georg. Pletho VI, 585, 6 Walz., ubi cf. quæ Joann. Schefferus annotavit. Alii uno nomine *διαθέσει τάξιν* et *οἰκονομίαν* comprenderunt, ut Auctor *Προλεγομ. τῆς ῥητορ.* VI, 35 Walz.: *διαθέσεως δὲ τὸ διαθέσθαι τὴν τάξιν καὶ τὴν οἰκονομίαν· διαφέρει δὲ τάξις οἰκονομίας κτλ.*, *Προλεγομ. τῶν στάσ.* VII, 16 W.: *ἡ δὲ διάθεσις εἰς δύο διαιρεῖται, εἰς τάξιν καὶ οἰκονομίαν κτλ.*, Maxim. Planud. V, 217 W.: *διάθεσις δὲ τάξαι καὶ οἰκονομῆσαι.* Sulpic. Vict. p. 262. ed. Capperon. Alii *διοίκησιν* dixerunt[42]. Hæ autem appellationes omnes præter illam *τάξεως* apud eos demum in usu fuisse videntur disciplinæ rhetoricæ scriptores, qui post Anaximenem exstiterunt.

Quod si quæritur, quas partes orationis (*τὰ ἐν λόγῳ μέρη.* p. 236, 21.) Anaximenes esse voluerit, alias alii speciei tribuit. Ac suasionis et dissuasionis has partes posuit

προοίμιον[43], *ἀπαγγελίαν*[44], *βεβαίωσιν*[45], *προκατάληψιν*[46], *ἐπίλογον*[47];

---

42 Ceterum cf. Cic. de Or. I, 31, 142. Quintil. I. O. III, 3, 2; 8. VII, præf. § 1; 1, 1; 10, 11—13.

43 Exordium s. principium s. prooemium. Anaxim. c. 29. cf. c. 28. p. 214, 7. In exordio hæc tria sunt: *τὸ προεκτιθέναι τὸ πρᾶγμα τοῖς ἀκούουσι (πρόθεσις), ἐπὶ τὸ προσέχειν παρακαλέσαι, τὸ τὴν εὔνοιαν παρασκευάζεσθαι.* Cf. Spengel. Commentar. p. 195.

44 Narrationem. Anax. c. 30—31. *Διήγησιν* vocat p. 239, 32. 220, 21. *τὰς ἐξηγήσεις* 219, 9. Posteriores *διήγησιν* nominant. De triplici narrationis genere infra dicemus.

45 Confirmationem. Anax. c. 32.

46 Anteoccupationem. Anax. c. 33. *Προκατάληψις* in exordio etiam locum habet, de qua re infra dicemus.

47 Conclusionem s. perorationem. Anax. c. 34. cf. c. 36. p. 237, 29. c. 38. p. 240, 19.

laudationis et vituperationis

προοίμιον[48], τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς[49], τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ[50], ἐπίλογον[51];

accusationis

προοίμιον[52], ἀπαγγελίαν[53], βεβαίωσιν[54], τὰ πρὸς τοὺς ἀντιδίκους[55] (i. e. προκατάληψιν[56]), ἐπίλογον[57];

defensionis

προοίμιον[58], (ἀπαγγελίαν)[59], τῶν κατηγορουμένων [λύσιν][60] (βεβαίωσιν), τὰς προκαταλήψεις τὰς ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰρημένας[61], ἐπίλογον[62];

exquisitionis

προοίμιον[63], [ἐξέτασιν][64], ἐπίλογον[65].

48 Anax. c. 35. p. 225, 8. 16. 18.

49 Anax. p. 225, 20. 27 — 227, 24.

50 Anax. p. 227, 25—31.

51 Anax. 236, 18 sq. 227, 32 — 228, 2.

52 Anax. c. 36. p. 228, 25 — 231, 7.

53 Anax. p. 231, 8—11.

54 Anax. 231, 12—24.

55 Anax. 231, 25 — 233, 14. τὸν πρὸς τοὺς ἀντιδίκους ἀγῶνα appellat 240, 13. Cf. Aristot. Rhet. III, 13. p. 147, 32. 148, 9. Teubn. Id. l. l. c. 17. p. 158, 10 sqq. Posteriores ἀνασκευήν, confutationem, appellant.

56 Anax. 231, 25. Μετὰ δὲ τὴν βεβαίωσιν τὰ πρὸς τοὺς ἀντιδίκους τάττοντες προκαταληψόμεθα αὐτῶν τὰ ἐπίδοξα λέγεσθαι.

57 Anax. 233, 15—23.

58 Anax. 233, 24.

59 Hoc non dicit diserte Anax., sed et ex his verbis p. 233, 24 sq. ἐὰν δὲ ἀπολογώμεθα, τὸ μὲν προοίμιον ὁμοιοτρόπως τῷ κατηγοροῦντι συστήσομεν, et ex eo, quod in accusatione (231, 8—11) rem paucissimis conficit narrationisque tractationem prooemio quasi per occasionem adjungit, colligere licet, defensionibus narrationem ab Anaximene tribui.

60 Anax. 233, 25 — 234, 27. Vox λύσις apud Anax. non legitur, sed verbo λύειν res significatur, ut p. 233, 28 (διαλύσομεν). 234, 6 (λύσεις). 10 (λύε). 30 (λύειν).

61 Anax. 234, 28 — 235, 29.

62 Anax. 236, 12 — 237.

63 Anax. c. 37, p. 238, 7—17.

64 Anax. 238, 20 ἐξετάσομεν.

65 Anax. p. 238, 32 — 239, 2.

Quid in hac disciplinæ rhetoricæ parte prioribus debeat Anaximenes, quid de suo promserit, difficile dictu est. Neque enim posteriores hac de re satis credibile quidquam memoriæ prodiderunt, et ea, quæ priores ipsi præceperunt, quum interciderint, ex iis colligenda et quasi auguranda sunt, quæ dispersa et loco suo mota alia apud alios scriptores reperiuntur. De rerum dispositione ante Anaximenem disputatum esse videtur a Corace maxime et a Theodoro Byzantio iisque, qui cum illo faciebant, et ab Isocrate. Qui de partibus orationis a Corace inductis aliquid tradiderunt, adeo perturbate et contorte disputant, ut, quid ipsi potius de illius rerum dispositione sentirent, quam quid Corax præciperet, in medium protulisse videantur. Anonymus *Προλεγόμ. τῶν στάσ.* VII, 6 Walz. *Κόραξ οὖν συνετὸς ἀνήρ τις καὶ χρῆσθαι πράγμασιν ἱκανὸς, συνιδὼν, ὅτι οὐχ ὅμοιον τυράννῳ διακονεῖσθαι καὶ δήμου γνώμην χειρώσασθαι, ἀπελθὼν συνέθηκε τέχνην περὶ προοιμίων καὶ διηγήσεων καὶ ἀγώνων καὶ ἐπιλόγων.* Troilus *Προλεγόμ. ῥητορ.* VI, 49 Walz. -- *ἐμηχανᾶτο* (*Κόραξ*) *τὰ προοίμια -- εἶτα τὴν προκατάστασιν -- τὴν δὲ κατάστασιν -- τοὺς δὲ ἀγῶνας -- εἶτα τὴν παρέκθεσιν* (leg. *παρέκβασιν*) -- *τοὺς δὲ ἐπιλόγους* --. Anon. *Προλεγόμ. τῆς Ἑρμογέν. ῥητορ.* IV, 12 W., quem supra laudavimus, *προοίμιον, διήγησιν, ἀγῶνα, παρέκβασιν, ἐπίλογον.* Doxopater *Προλεγόμ.* VI, 13 W., quem et ipsum supra nominavimus, *προοίμιον, ἀγῶνας, ἐπίλογον.* Idem autem alio in opere, quod est *Ὁμιλίαι εἰς Ἀφθόνιον* II, 119 Walz. Coraci tribuit *προοίμιον, διήγησιν, ἀγῶνας, ἐπίλογον.* Sed memoratu dignum est, præter Doxopatrum in *Προλεγομ.* alterum Epitomæ rhetoricæ quendam auctorem III, 610 W. orationis in tres partes divisionem a Corace profectam tradere: *τῇ ῥητορικῇ πρῶτος ἐν Σικελίᾳ ὁ Συῤῥακούσιος Κόραξ ἐχρήσατο, προοίμιά τε τοῦ λέγειν ἐφευρὼν καὶ ἀγῶνας καὶ ἐπιλόγους.* Accedit, quod ex narratione illa, quam Anonymum IV, 12, 8—16 W. et Doxo-

patrum VI, 13, 1—9 W. ab antiquiore aliquo auctore excerpsisse apparet, probabiliter concludi potest, tres ipsas orationis partes a Corace inductas esse. Syrianus Schol. ad Hermog. *στάσ.* IV, 575 *γνωστέον δε* — inquit — *ὅτι καὶ Κόραξ ὁ τεχνογράφος τῷ τῆς καταστάσεως ὀνόματι κέχρηται προοίμια τοῦ λόγου τὴν κατάστασιν*[66] *καλῶν.* Anaximenes ipse quum exordium pluries *προοίμιον*

---

66 *Κατάστασιν,* sive eam surrectionem ad dicendum sive causæ constitutionem vocas, esse quasi quoddam *προοίμιον* dixit Maximus Planudes *Προλεγόμ. εἰς εὑρέσεις* V, 365. Walz. Quamquam idem in Schol. ad *εὑρέσ.* V, 384 *προκατάστασις γὰρ* — inquit — *ἡ προδιήγησις, κατάστασις ἡ διήγησις.* Similiter *κατάστασιν* idem fere quod *διήγησιν* esse dixit Anon. Schol. ad *εὑρέσ.* VII, 719 W.: *περὶ καταστάσεως ἤγουν διηγήσεως.* Quod si quæritur, quid inter *κατάστασιν* et *διήγησιν* interesse voluerint rhetores, Ernestius Lex. Technol. p. 175 "*κατάστασιν*" interpretatur esse "narrationem, quæ aliquid artis et *ἐργασίας* habeat, *διήγησιν* autem *ψιλὴν τῶν πεπολιτευμένων ἔκθεσιν*" ex loco Sopatri *Διαιρέσ. ζητημάτ.* VIII, 3 sq. Walz. pessime intellecto. Hoc dicit Sopater: *τότε γὰρ μάλιστα τὴν καλλίστην ἐργασίαν κατάστασις ἐπιδέξεται, ὅταν, ὡς ἔφην, ἔχῃ καὶ διοικήσεις τινῶν λυπηρῶν καὶ ἀπολογίαν τῶν ἐγκλημάτων ἐσχηματισμένην, ἐναντίας τούτων οὔσης τῆς διηγήσεως καὶ ψιλὴν τῶν πεπολιτευμένων ἐχούσης ἔκθεσιν,* i. e. *κατάστασις* tractationem habet molestiarum et criminum defensionem, contra ea *διήγησις* nudam rerum expositionem continet. Hoc loco igitur eandem fere *κατάστασις* habere videtur vim et significationem, quam apud alios *προκατάστασις. Προκατάστασιν* esse *προδιήγησιν* i. e. narrationis præmunitionem vel præviam quandam narrationem docent Hermogenes *περὶ εὑρές. τόμ. β.'* III 81 sqq. Walz., Psellus *ῥητορ.* III, 691 W. Dionys. Hal. Rhet. c. VII, *δ.'* Hanc *προκατάστασιν* a quibusdam dici *ἔφοδον* probabiliter docuit L. Kayser ad Cornific. ad Herenn. p. 220 in v. insinuatione expl. cll. Apsin. p. 348, 12 sqq. Teubn. Cf. Maxim. Planud. Prolegg. V, 366 Walz.: *ἔφοδός τε γάρ ἐστιν ἡ προθεραπεία τουτέστι τὸ προοίμιον* - - Cic. de Or. I, 20, 90 insinuare. Quintil. I. O. IV, 1, 42. Nisi forte sic statui a viro docto poterat, omnem *προκατάστασιν* in *ἐφόδῳ* esse, non omnem *ἔφοδον* in *προκαταστάσει. Ἐφόδῳ* sive *προκαταλήψει* similem usum apud Anaximenem habet *προκατάληψις* ea, quæ pars exordii est, ad benevolentiam audientium captandam idonea. Cf. Anax. p. 215, 30. 218, 12 sq. Spengel. ad Anax. Commentar. p. 223 (ad p. 64. v. 10). In progymnasmatis haec orationis pars *προκατασκευή* dicitur. Cf. Ind. Walz. s. v.

appellasset, in extrema tractatione ejus exordii, quod suasionis et dissuasionis est, hoc dixit (p. 218, 16): *τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον τὰς καταστάσεις*[67] *τῶν δημηγορικῶν ποιητέον*, ubi ex sententiarum perpetuitate apparet, *καταστάσεις* idem significare, quod ea, quæ ante commemorantur, *προοίμια*. Idem fere in voce *ἐπιλόγου* apud Anaximenem animadverti potest. Postquam enim, qualem perorationem esse oporteret, exposuit, etsi, quo nomine appellaretur, non indicavit, extrema demum hac expositione nomen *ἐπιλόγου* addit p. 237, 29. cf. 240, 19. His ex rebus omnibus si conjecturam facere licet de eo, quod quærimus, nescio an quadam verisimilitudinis specie colligi possit, primum tres tantum partes orationis distinctas a Corace fuisse, tum vero exordium ab eo *κατάστασιν* appellatum esse. Hoc autem ita accipiendum videtur, ut ad exordii vim et notionem definiendam voce *καταστάσεως* Coracem usum esse dicamus (*προοίμιον τοῦ λόγου κατάστασίς ἐστι κτλ*). Epilogi et nomen et usum rhetori illi receptum fuisse verisimile est. Hæc duo *προοίμιον* et *ἐπίλογον* et re et nomine jam inde ab initiis artis rhetoricæ in usu fuisse, vel inde quoddam verisimilitudinis argumentum capi potest, quod per longam illam rhetoricæ apud Græcos scriptorum seriem atque ordinem, quantum quidem notum est, semper immutatæ hæ appellationes manserunt. Quod quidem in *διηγήσει* aliter se habet, ut supra demonstratum est. Ac de *ἀγῶνι* non minimum dubitationis relinquitur. Quibus enim rebus *βεβαίωσιν* et *τὰ πρὸς τοὺς ἀντιδίκους* sive *προκατάληψιν* constare voluit Anaximenes, eas res *ἀγών* continet. Sed hujus vocis vix ulla apud vetustiores rhetoricæ scriptores reperiuntur vestigia, nisi quis forte in hoc genere esse dicat id, quod habet Anaximenes c. 38. p. 240, 13 "*τὸν πρὸς τοὺς ἀντιδίκους ἀγῶνα*"[68]. Non est partium orationis appellatio,

67 Recte hoc monuit Usener. p. 41. cll. Anax. 218, 7. Cf. 234, 16.

68 Neque dum apud Cornificium neque apud Ciceronem neque apud Quintilianum contentio (*ἀγών*) ea significatione usurpata reperi-

quæ plures subinde mutationes subierit, quam hæc ἀγῶνος. Ab Anaximene enim βεβαίωσιν et τὰ πρὸς τοὺς ἀντιδίκους sive προκατάληψιν dictam esse hanc partem dixi. Πίστις ab Isocrate[69] primo dicta fertur, tum ab Aristotele Rhet. III, 13., Dionys. Halic. Rhetor. c. X, ιβ' Longin. Rhet. I. p. 302 Teubn., Anonym. Seguerii I. p. 427 Teubn., Anon. Epit. Rhet. III, 661 Walz., Prolegg. τῶν στάσ. VII, 20, 26. W., Georg. Diæreta VI, 511 W.; πίστεις εἴπερ καὶ ἀγῶνες λέγονται Matthæ. Camariot. VI, 631 W.; πίστις ἤγουν ἀντίθεσις καὶ λύσις Anon. Prolegg. τῶν εὑρέσ. VII, 64; ἀντιθέσεις, λύσεις, τὰς λεγομένας πίστεις Maxim. Planud. V, 366 W., cf. l. l. p. 220. et Apsin. Rhet. I. p. 360. 365 Teubn.[70]; ἀπόδειξις Ruf. Rhet. III, 448 W.; κατασκευή (confirmatio) et ἀνασκευή (refutatio) Doxopat. Ὁμιλ. εἰς Ἀφθ. II, 315 sqq. W., al.; ἀγών l. ἀγῶνες Sopat. εἰς τὴν Ἑρμογ. τέχν. V, 2 extr. W., Anon. III, 570 W., Doxopat. Prolegg. II, 79 W., Georg. Pleth. VI, 551 W. Si Doxopatro Prolegg. VI, 19 W. credendum est hoc dicenti: ἔργα δὲ ῥητορικῆς κατὰ τὸν Θεοδέκτην προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πίστιν, ἀγωνίσασθαι πρὸς τὸ δεῖξαι (f. leg. ἀπόδειξιν), ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν[71], nomen ἀγῶνος a Theodecte primo usurpatum est. Cf. Spengel. Artt. Scriptt. p. 156, not. 92. et Walz. ad Doxopatr. l. l., not. 40. Quamquam admodum dubia ea res est.[72] Quæ quum ita sint, hanc orationis partem, quæ est in confirmatione et refutatione, quo nomine Corax appellaverit, in liquidum vixdum perduci potest, neque ullum ex eo numero, quæ percrebuerunt, confirmationis refutationisque nomen ad illum auctorem sine omni dubitatione referre

---

tur, qua opus est, ut sit, quod huic ἀγῶνι respondeat.

69 Cf. Spengel. Artt. Scriptt. p. 156 sqq.

70 Cicero (de Inv. 1, 14, 19) confirmationem et reprehensionem dicit, Cornificius (I, 3, 4) confirmationem et confutationem, Quintilianus (I. O. III, 9, 1) probationem et refutationem.

71 Cf. Anonym. Ἐπιτομ. ῥητορ. III, 6, 11 Walz.

72 Cf. annot. 68.

licet. Quod si ex vocis ipsius ἐπιλόγου construendæ ratione aliisque id genus apud posteriores rhetores de hac re conjectari potest, has tres orationis partes a Corace receptas esse colligendum est, προοίμιον, λόγον,[73] ἐπίλογον. Hoc si verum est, λόγος in plures deinde partes a posterioribus artis rhetoricæ magistris divisus et quasi diductus fuisse arbitrandus est. Post Coracem autem in orationum dispositione constituenda rhetores duas ingressi videntur esse vias, quarum unam persecuti sunt Theodorus et Theodorei, alteram Isocrates et qui ab illo profecti sunt. Priores illi ita dispositionem tractabant, ut non, quæ partes universæ orationis essent, quærerent, sed, quæ partibus continerentur quasi capita minora, explorarent. Inde Theodori illa divisio orationis in προοίμιον, προδιήγησιν, διήγησιν, ἐπιδιήγησιν, μαρτυρίας, τεκμήρια, εἰκότα, ἔλεγχον, ἐπεξέλεγχον, κτλ[74]. Cf. Plat. Phædr. 266. D. Aristot. Rhet. III, 13. Spengel. Artt. Scriptt. p. 92 sq. Stallbaum. ad Plat. Phædr. p. 267. Has in infinitam fere partium multitudinem divisiones Isocrates Isocrateaque familia morati tandem sunt. Qui orationis partes in mediocrem quendam numerum redegerunt quatuorque sumpserunt esse, προοίμιον, διήγησιν, πίστεις, ἐπίλογον. Cf. Spengel. Artt. Scriptt. p. 156—159. Horum vero omnium vestigiis ita Anaximenes institisse videtur, ut nullius rationem non haberet, ex nullo autem totus penderet. In suasione enim et dissuasione προοίμιον et ἀπαγγελίαν et βεβαίωσιν et προκατάληψιν inesse monstravit, de epilogo

73 Cf. Anax. p. 228, 2. 234, 1. Prolegg. Rhet. IV, 12, 14 Walz. Hoc si recte se habet, ubi narratione opus esset, eam Corax aut λόγῳ aut, id quod a veri similitudine non ita alienum est, προοιμίῳ (καταστάσει) videtur inclusisse.

74) Addi poterit ἐπίλογος eaque, quæ credibile est a Theodoro addita epilogo vel conjuncta esse. Nam ex universa sermonis Socratici perpetuitate apparet, non omnia ea orationis membra, quæ Theodorus receperat, esse enumerata, sed ea, quæ afferuntur, exempli causa afferri, quo facto videtur philosophus ad alia Theodoro similia transire exempla.

autem, qui definite aut diserte dicitur, non docuit, sed post *προκατάληψιν* sequi dixit *παλιλλογίαν* sive *σύντομον ἀνάμνησιν* et *φιλίαν καὶ χάριν καὶ ἔλεον* aut *φθόνον καὶ ἔχθραν καὶ ὀργήν* [75]. Similiter in laudatione et vituperatione perorationem describit, non nominat p. 227, 32 sq.: *παλιλλογήσαντες ἐν κεφαλαίῳ τὰ προειρημένα, τελευτὴν ἤτοι γνώμην ἢ ἐνθύμημα παντὶ τῷ λόγῳ ἐπιθήσομεν.* Eodem modo in accusatione rem peragit. [76] In defensione tractanda post prooemium hæc ordine persequitur rhetor: *τῶν κατηγορουμένων ἃ μὲν εἰδέναι τοὺς ἀκούοντας ἐποίησε, ἃ δὲ δοξάζειν, τοὺς μάρτυρας, τὰς βασάνους, τοὺς ὅρκους, τὸ εἰκός, τὸ παράδειγμα, τὸ τεκμήριον, τὰς γνώμας, τὰ ἐνθυμήματα, τὰ σημεῖα, "μετὰ δὲ ταῦτα" τὰς προκαταλήψεις τὰς ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰρημένας.* Ex iis, quæ attulimus, satis apparet, Anaximenem in aliis rebus ad Coracem et Isocrateos se accommodasse, in aliis Theodoreis similem esse voluisse. Vidimus igitur, qualia essent ea, quibus oratio contineretur.

Jam vero ad eam devenimus institutæ scriptionis partem, qua quæ esset in orationibus Antiphontis et Andocidis rerum dispositio, quatenus ad præcepta Anaximenea posset accommodari, quæsiturum me esse dixi. Quarum quidem orationum quæ ab Antiphonte scriptæ sunt, ad *δικαιολογίας* referuntur, quæ ab Andocide ad *δημηγορίας* præter unam, quæ de mysteriis inscribi solet; hæc enim in eodem genere est, quo Antiphonteæ. In *κατηγορικῷ εἴδει* versantur Antiphont. orr. I. II, *α* & *γ*. III, *α* & *γ*. IV, *α* & *γ*, in *ἀπολογητικῷ* autem eæ, quæ hujus generis sunt reliquæ. Andoc. or. II. ad *προτρεπτικὸν εἶδος* refertur, or. III. ad *ἀποτρεπτικόν*, or. IV, quæ tamen cogitandum est ne Andocidi recte abjudicetur [77], maximam par-

75 Anax. c. 34. p. 222, 27 — 223, 18. 225, 1—3.

76 Anax. p. 233, 15—23.

77 De hac re disputarunt I. Taylor Lectt. Lysiac. c. VI. p. 694—696. (Tom. VI. p. 261—268 Reisk.), D. Rhunkenius Hist. Crit. Or. Gr. p. 19—23. ed. Rutil. Lup. Frotscher. Lips. 1841. (Tom. VIII.

tem ad ψεκτικόν. Primum autem Antiphontis orationes exponamus ordine eodem, quo in editionibus collocari solent. Atque

in Oratione I[78],

qua privignus novercam βουλεύσεως[79] accusat, quod suum patrem maritum ipsius veneno tollendum curaverit, adversariumque in causa dicenda habet filium novercæ, hoc fere modo res dispositæ sunt.

Primum quidem Προοίμιον. § 1—13.

I. Is, qui orationem habet, post expressam paucis verbis adolescentiæ et rerum forensium imperitiæ excusationem de rei indignitate loquitur et scrupulo sibi injecto, quod, quum a patre sibi mandatum esset, ut ab ipsius interfectoribus poenas repeteret, in eam difficultatem incidisset, ut, quos sibi in causa adjutores fore sperare fas esset, eos accusare cogeretur, fratres eodem patre natos eorumque matrem. § 1—2. — πρόθεσις[80].

II. Peto autem — inquit — a vobis, judices, ut, si a noverca patrem meum interfectum esse demonstraverim, et legibus satisfaciatis et mihi deserto opem feratis; vos enim mihi pro necessariis estis. § 3—4. — εἰς τὸ προσέχειν παρακαλεῖν[81].

p. 135—139 Reisk), Valckenærius ap. Sluiter. Lectt. Andocid. ed. Schiller p. 10—15. Cf. Andokides Uebersetzt und erl. v. A. G. Becker. Quedlinb. u. Leipz. 1832. p. 83—108. p. 13—18. S. A. Naber, Batavus, quum omnes orationes, quæ Andocidis feruntur, Andocidis esse negavit, tum orr. I. et II. spurias esse argumentis comprobare conatus est. Cf. Mnemosyn. III (1854), p. 66 sqq.

78 Hanc orationem pro spuria habendam esse demonstrasse sibi visi sunt Lehner Philol. Cur. (quem librum inspicere mihi non licuit) et Schmitt, De oratione in Novercam. Progr. Fulda 1853. p. 5 sqq. Sed cf. Mætzner ad Antiph. p. 125 sq. P. G. Ottsen, De rerum inventione ac dispositione, quæ est in Lysiæ atque Antiphontis oratt. Progr. Flensb. 1847. p. 5—8.

79 Qua de re recte, ut videtur, disputat Mætzner ad Antiph. p. 282.

80 Cf. Anaxim. 228, 25. 214, 17 sqq.

81 Cf. Anax. 214, 19. 228, 28. Ita autem et rem, de qua dictu-

III. *a)* Mirari se dicit, quod frater pium esse arbitratus sit efficere, ut mater ne damnetur, quum ipse multo magis impium habeat patrem sinere inultum jacere. § 5.

b) Neque vero - inquit - dicere poterit reus, se probe scire, quid factum sit. Servos enim in quæstionem dari noluit. Qui si inter quærendum negassent, verum me dicere, rite se ad defendendum re explorata ipse accingeret faceretque, ut illa criminis absolveretur. § 6—7 [82].

c) Quæ tamen quum ita non sint, quid mihi respondebit? In cognoscendo condemnationem esse isti putarunt, in ignorando salutem. § 8—9.

d) Servos eorum in quæstionem ipsis præsentibus ferri volui, ne quid a me interrogari possent præter ea, quæ in libello accusationis scripsi. Recusarunt. Ex hoc ipso colligendum est, me verum dixisse. Quod si illi de servis quæri voluissent, ego autem recusarem, inde illi colligerent, me culpæ reum esse. Atque idem nunc ego de illis colligo. § 10—12.

e) Indignum sane videtur, quod vos illi rogant, ut se absolvatis, suam ipsi causam ex indicio tormentorum dijudicari nolunt. § 12.

f) Apparet igitur, qua ratione ducti quæstionem illi recusaverint. Sed vos, judices, rem planam facietis. § 13. — *τὴν εὔνοιαν παρασκευάζεθαι* [83].

rus est, proponit et judices ad audiendum impellit, ut illorum misericordiam movere velle videatur. Quare hoc *εἰς τὸ προσέχειν παρακαλεῖν* in *αἰτήματι* sive *δεήσει* est. Cf. etiam Anax. 229, 15. Spengel. Commentar. p. 244.

82 In § 7 hæc leguntur: *πῶς οὖν περὶ τούτων, ὦ δικάζοντες, αὐτὸν εἰκὸς εἰδέναι, περὶ ὧν γε τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἴληφε*; Certe Bakeo (Scholic. Hypomnem. I, 210 sq.) assentiendum est, offensionis aliquid vocabulo *ὦ δικάζοντες* inhærere. Sed quod ille pro *ὦ δικάζοντες αὐτόν* legi vult *αὐτοχεδιάζοντα* ("i. e. temere et suo marte facta fingentem"), vereor, ut verum sit. Ac profecto id, quod Antiphon ipse scripsit, non facile ad assequendum conjectura est. Mihi quidem visa aliquando est formula *ὦ ἄνδρες δικασταί* per errorem a librario aliquo inverse scripta *ΩΔΙΚΑCΤΑΙΑΝΔΡΕC* vocabulo *ΩΔΙΚΑΖΟΝΤΕC* originis opportunitatem præbuisse.

83 Cf. Anaxim. 228, 29 sqq. 215, 3 sqq. In hac prooemii parte

Tum *ἀπαγγελία*. § 14—20.

Philoneus, amicus interempti, concubinam habuit, quam in lupanari collocaturus erat. Cui uxor interempti, noverca ejus, qui verba facit, in consuetudinem se dedit. Quæ quum et ipsa se minus a marito amari coeptam esse sentiret, eum interficere decrevit. Concubinæ igitur ostendens, se habere, quo denuo Philonei in ipsam amor incenderetur, facile eam adduxit, ut inscia et imprudens secum in cædem virorum conjuraret. Apud Philoneum inter coenam post sacrificium apparatam utrique viro venenum in vino datum est.

Jam sequi debebat *βεβαίωσις ἐκ πίστεων*. Quæ tamen quum in extremo exordio confecta quodam modo sit, si Anaximenes audiendus est, hic locum non habet. In exordio enim conqueritur accusator, quod quæstio servorum detrectata a reo sit, quare quum res ejusmodi esset, ut fere sola *βασάνῳ* firmari posset, quia de servis quæstio non habita est, *πίστεσι* supersedendum esse putavit. Quod si ita sit, solam *δικαιολογίαν* utendam esse censet Anaximenes p. 231, 23. 221, 10 sqq. Ac sequitur

προκατάληψις sive

τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον (Anax. 223, 25 sq.),

quæ tamen hac in oratione ita ad *δικαιολογίας* similitudinem accesserunt, ut simul et *αὔξησιν* et *ταπείνωσιν* (Anaxim. 231, 27 sqq.) et argumenta *ἐκ τοῦ δικαίου* petita continerent. § 21—27.

I. Accusator se multo justiora et sanctiora judices rogaturum esse affirmat quam fratrem,

a) se enim pro interempto — § 21 —

b) illum pro ea, quæ interfecerit[84] — § 22 —

inest quædam *προκατάληψις*. Neque vero anteoccupationes alienas ab exordiis putat Anaximenes: cf. p. 230, 14. 28. Sed hæc *προκατάληψις* in hac or. *βεβαιώσει* fere similis est. Usurpatur enim in ea *πίστις ἐκ τοῦ εἰκότος* (§ 5—9), *τεκμήριον* (§ 10—12), *ἐνθύμημα* (§ 12 extr.), *παλιλλογία* (§ 13). Hæc secundum quosdam in *καταστάσει* vel *προκαταστάσει* sunt. Transitus ad narrationem § 13 extr. Cf. Anax. 216, 1. 229, 9. 19 sq.

84 *ὑπὲρ δὲ τῆς ἀποκτεινάσης δεήσεται ἀθέμιτα καὶ ἀνόσια καὶ*

c) illum, ne quid poenæ subeat illa[85] — § 23 —
d) se, ut poenam necessario det — § 23 —;
e) se causam dicere, ut poenam det illa — § 24 —
f) illum defendere, ne poenam det. § 24.

II. Utrum ab interficiente an ab interfecto poenam repetere justius sit, quæritur: utrum illius an hujus misereri. § 25.

ἀτέλεστα καὶ ἀνήκουστα καὶ θεοῖς καὶ ὑμῖν, δεόμενος ὑμῶν ἃ αὐτὴ ἑαυτὴν οὐκ ἔπεισε μὴ κακοτεχνῆσαι. Gesner, Reiskius (p. 852), Lehner *πείθεσθαι* post *δεόμενος ὑμῶν* addendum censent. Dobreeus Advers. I, p. 168: "Excidisse suspicor quædam. Vos rogans, ut eam ab eo crimine absolvatis, quod a se ipsa non impetravit quin admitteret." Mætzner nihil mutandum censet, remque interpretatione expedit. Prudenter hoc facit vir doctissimus, dum modo recte interpretetur. Ego vero hoc modo locum explicandum arbitror: *δεόμενος ὑμῶν* [intell. *κακοτεχνῆσαι ταῦτα*] *ἃ αὐτὴ ἑαυτὴν οὐκ ἔπεισε μὴ κακοτεχνῆσαι.* Eadem loquendi consuetudine utitur Antiphon II, *β*, 10 *εἰ καὶ εἰκότως μέν, ὄντως δὲ μὴ ἀπέκτεινα τὸν ἄνδρα.* Lys. X, 15 *οὐκ οὖν δεινόν, εἰ ὅταν μὲν δέῃ σε κακῶς ἀκούσαντα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, οὕτω τοὺς νόμους ὥσπερ ἐγὼ νῦν* [intell. *ἀξιοῖς*] *λαμβάνειν, ὅταν δ' ἕτερον παρὰ τοὺς νόμους εἴπῃς κακῶς, οὐκ ἀξιοῖς δοῦναι δίκην*; Cf. R. Klotz. Quæst. Crit. p. 9. sq. De sententia cf. Antiph. VI, 47 *καίτοι πῶς ἂν ἄνθρωποι σχετλιώτεροι ἢ ἀνομώτεροι γένοιντο, οἵτινες ἅπερ αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς οὐκ ἔπεισαν, ταῦθ' ὑμᾶς ἀξιοῦσι πεῖσαι, καὶ ἃ αὐτοὶ ἔργῳ ἀπεδίκασαν, ταῦθ' ὑμᾶς κελεύουσι καταδικάσαι*; Contra ea ex præcedente verbo cum negatione conjuncto intelligendum est verbum sine negatione ap. Antiph. II, *δ*, 8 *καὶ ἐὰν μὴ φανῶ ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐν οἴκῳ καθεύδων ἢ* (intell. *ἐὰν φανῶ*) *ἐξελθών που, ὁμολογῶ φονεὺς εἶναι.*

85 *δεήσεται δ' ὑμῶν οὗτος μὲν ὑπὲρ τῆς μητρὸς τῆς αὑτοῦ ζώσης, τῆς ἐκεῖνον διαχρησαμένης ἀβούλως τε καὶ ἀθέως, ὅπως δίκην μὴ δῷ* - - Sauppius (Editorr. Turicc.) inter *διαχρησαμένης* et *ἀβούλως* distinxit (*διαχρησαμένης, ἀβούλως κτλ.*), ut conjungeretur *δεήσεται* - - *ἀβούλως τε καὶ ἀθέως.* Quod vereor ut rectum sit: *ἀβούλως τε καὶ ἀθέως* ad *διαχρησαμένης* referendum videtur. Cf. enim § 21 *ἀθέως καὶ ἀκλεῶς* - - *τὸν βίον ἐκλιπὼν* (de interfecto), h l. de interficiente. Similiter § 3 *ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ προβουλῆς ἀκουσίως ἀποθανόντος* - - *ἐκ προνοίας ἀποκτεινάσης.* § 22 *τῶν ἐκ προνοίας ἀποθνησκόντων.* Ceterum h. l. non tam id contendit accusator, novercæ filium *ἀβούλως τε καὶ ἀθέως δεῖσθαι*, quam se ipsum *δικαιότερα* quam illum: cf. § 21 init.

a) Illam non miseratam patrem suum interfecisse: itaque puniendam esse — § 26 —;

b) illam sua sponte et consilio interfecisse, hunc invitum et violatum periisse — § 26 —;

c) illam indignam esse, cujus quem misereat, quippe quam patris non miseruerit[86]. § 25. 27.

III. Mihi mandavit pater, ut se ulciscerer[87]. [*μαρτυρία?*]. § 28—30.

Postremo *Ἐπίλογος*.

In quo inest *παλιλλογία τῶν εἰρημένων* et *προαίρεσις*.[88]. § 31.

Ut ad Tetralogias, quæ vocantur, Antiphonteas veniamus, quid huic appellationi subjiciendum sit sensus et significationis, neque nunc tempus est quærere et a Mætznero, doctissimo viro, in Commentariis Antiphont. p. 148 sq. satis est explanatum. De rerum dispositione hoc commune habent tetralogiæ illæ, ut in iis narratio non suum quendam aut proprium locum teneat sed exordio fere commisceatur. Qua de re Anaximenes p. 220, 7 sqq. *ὅταν μὲν γὰρ ὦσιν ὀλίγα τὰ πράγματα περὶ ὧν λέγομεν, καὶ γνώριμα τοῖς ἀκούουσι, τῷ προοιμίῳ συνάψομεν, ἵνα μὴ βραχὺ τοῦτο τὸ μέρος καθ' ἑαυτὸ τεθὲν γένηται.* Cf. p. 231, 9. Quo celerius autem animo comprehendi possit ea, quæ in illis est. rerum dispositio, ita rem descripsi, ut uno in conspectu perspiceretur.

---

86 Ad hæc verba § 27 *οὕτω δέ τοι καὶ ἐλεεῖν ἐπὶ κτλ.* Mætzner p. 146: "Hæc cum prægressis non apte cohærere cujusvis est perspicere. Suspicor ante *οὕτω* nonnulla excidisse, opposita ea quidem verbis *οὕτω - - καὶ ἐλεεῖν κτλ.*, sicut in sequentibus opponuntur illa *καὶ ὥσπερ - - ἀπώλεσαν* his *οὕτω καὶ - - τῆς δικαιοτάτης ἂν τύχοι τιμωρίας.*" Rectissime. Hæc fere sententia requiri videtur: *ὥσπερ δή που δεῖ ἐπὶ τῷ ἑκουσίως καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς ἀποκτεῖναι τιμωρίαν λαμβάνειν μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ ἀκουσίως καὶ ἐξ ἁμαρτίας βλαβερόν τι πρᾶξαι, οὕτω δή τοι καὶ ἐλεεῖν κτλ.* Cf. Anaxim. p. 190, 5—8.

87 De iis, quæ in § 28 sunt, cf. § 5 sqq. De § 29—30, in quibus inest *ἐπιδιήγησις* quædam (vid. Anonym. Seguerian. p. 436, 2 sqq. Teubn. ed. Spengel), cf. § 1.

88 Cf. Anaxim. 236, 19 sqq.

In tetralogia prima de hac re agitur. Vir quidam, quum noctu a convivio rediret, priusquam domum advenit, ex insidiis petitus illico interficitur. Servo etiam, quem unum comitem habebat, vis illata est, qui tamen quum tam diu superesset, ut interrogatus a domini propinquis indicare posset, a quibus cædem perpetratam vidisset, affirmavit inter sicarios fuisse veterem quendam domini sui inimicum. Quo uno servi illius testimonio fretus actor *ἐκ πίστεων τοῦ εἰκότος* demonstrare conatur, ab illo homine cædem esse commissam. Reus suorum ipse servorum testimoniis usus *ἐκ πίστεων τοῦ ἐλέγχου* probat, se per eam noctem, quum cædes facta esset, domi suæ fuisse.

II, α.

Προοίμιον § 1—3.

I. Abjectorum hominum insidiæ faciles sunt ad coarguendum, liberalius educatorum non item. § 1—2 *ἐπὶ τὸ προσέχειν*.

β3. II. Nos autem in re peragenda sontem accusare, non opprimere insontem cupimus. § 2 extr. — 3. *πρὸς εὐμένειαν*.

δ11. III. Quam poterimus evidentissime monstrabimus, ab isto homine cædem perpetratam esse. § 3 extr. *πρόθεσις*.

II, β.

προοίμιον § 1—4.

I. Infelicissimum mortalium se esse dicit reus, cui ille vivus damno fuisset, mortuus curæ et dolori. Suum esse ostendere, quis interfector fuerit, quod nisi fiat suspicione ipse opprimatur. § 1—2. *πρὸς εὔνοιαν*. *ἐλάττωσις*. cf Anax 229, 17. γ1.δ1

II. Ac non astutum (difficilem ad coarguendum) magis quam insipientem (facilem ad coarguendum) se dici. α1-2;
Jam enim propter graves inimicitias manifestum se sceleris esse; ante facinus autem patratum verisimilius esse, se circumspectione ductum et alios facinore abstinuisse et ipsum cavisse, ne quid suspicionis moveret[89]. § 3. *εἰς τὸ προσέχειν*. *προκατάληψις* quædam. cf. Anaxim. p. 216, 1. 218, 14. α6. γ7.

III. Intolerabilia igitur se pati, at tamen et se purgari oportere et, qui sontes essent, ostendi. Ex quibus rebus ipsis teneri dictus sit, ex iis innocentiam suam apparere ostenturum se esse[90]. § 4. *πρόθεσις*.

---

89 *πρὶν ἐργάσασθαι εἰκότερον ἦν τὸν εἰδότα τὴν ὑποψίαν τὴν νῦν εἰς ἐμὲ οὖσαν, καὶ τῶν ἄλλων εἴ τινα ἔγνων ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ διακωλύειν μᾶλλον κτλ.* C. L. Kayser Rhein. Mus. XII, 237 in vocibus *τὸν εἰδότα* offenditur. Ac profecto mirum est, si quis suspicione ejus, quod nondum commissum sit, teneri se novisse dicitur. Quare vel *ἦν τοι εἰδότα* vel *ἦν προειδότα* legendum conjicit, ut solet, ingeniose ille quidem, sed vix vere. Neque enim in ℓv. *τόν* sed in

II, γ.

Προοίμιον. § 1.

1.δ1. I. Calamitatem reus injuria sceleri suo prætendit. *κακολογία.* Anax. 229, 9.

II. Interfectorem eum esse monstravi. *ἐπὶ τὸ προσέχειν.*

III. Frustra eum se defendisse ostendam. *πρόθεσις.*

II, δ.

Προοίμιον. § 1—4.

I. Quamvis et infelicitate oppressus et inimicorum invidia habeo tamen, quo confidam, vestræ, judices, opinionis severitate et integritate et meis ipsius vere factis. § 1. *ἐλαττώσεις.* β1.γ1.

II. Novum sane vel potius infandum in modum ab illis accusor. Illi enim non tam, quis interfecerit, quærunt, quam, si me opprimere possint, tentant. § 2. *ἐπὶ τὸ προσέχειν. κακολογία.* α5.

III. Meum non est quærere, qui illum interfecerint, sed tantum contra testimonium servi pro me dicere. Illud tamen faciendum mihi est, ut et insontem me esse ostendam et illos mihi insidiari probem. § 3. 4. *πρόθεσις.*

εἰδότα mendum latere videtur. Si pro *ΕΙΔΟΤΑ* legitur *ΔΕΔΙΟΤΑ*, recte omnia se habent. Cf. α, 2 *διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου ἐκ πολλοῦ τὴν ἀσφάλειαν ὧν ἐπιβουλεύουσι σκοποῦντες οὐ πρότερον ἐπιχειροῦσιν ἢ πάσης ὑποψίας φυλακὴν ποιήσωνται.* Eadem res, quæ β, 5 sic pronunciatur: *ἀλλά τινας προσιόντας φοβηθέντες*, γ § 2 his verbis *προσιόντας τινὰς προϊδόντες* significatur. *Τὸν δεδιότα* universe dictum est pro *ἐμὲ τὸν δεδιότα* ex consuetudine Antiphontis, qui aut, quum definite loquendum fuerit, indefinite dicere, aut ab universe et indefinite dictis ad certam et definitam personam idque in eadem enunciatione sermonem transferre aliis quoque in locis reperitur, ut h. orat. § 13 *εἰ δὲ ὑπὸ ζῶντος ἐδιωκόμην, οὐκ ἂν μόνον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπελογούμην, ἀλλ' αὐτόν τε τοῦτον καὶ τοὺς τούτῳ μὲν βοηθοῦντας παρ' ἐμοῦ δὲ ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐφ' οἷς κατηγορεῖτέ μου, ἀπέδειξα ἂν ἀδικοῦντας.* Cf. or. III, γ, 11 *ὑπὸ τῶν ἀπολυσάντων τοὺς ἀνοσίους.* VI, 9 *τόνδε τὸν ἄνδρα = ἐμέ.* § 17 *οὗτος = ἐγώ.*

90 *ἆθλια μὲν οὖν πάσχω μὴ ἀπολογεῖσθαι μόνον βιαζόμενος ἀλλὰ*

βεβαίωσις. § 4—9.

β5. I. *a)* Neque a latronibus interfici potuisse hominem[91] verisimile est,
b) neque ab ullo alio aut per vinolentiam
c) aut per rixam
d) aut per errorem - § 4 -
β3.δ2. II. sed ex insidiis eum periisse, mors ipsa indicat,
a) et ab eo, quocum simultates et habuerit et habiturus sit. § 5.
β3;6. *b)* Hic ille est; jamdiu enim inimicus ejus est, et nuper ab eo capitis accusa-
β11. tus est. Ulciscendi causa eum interfecit. § 6.
c) Cupiditas ulciscendi timorque periculi eum ad cædem impulit, — § 7 —
β9.γ6. *d)* et spes etiam, hoc crimine se liberum fore. § 7.
e) Quod etiamsi vel in hac cæde deprehenderetur, tamen ultionem se habiturum esse sperabat. § 8.
β7.γ4 δ7. III. Testimonium servi. Is hominem in sicariorum nu-
β8.γ5.δ8. mero a se agnitum esse dicit.

τῶν κατηγορουμένων λύσις (βεβαίωσις). § 5—9.

I. *a)* Verisimile est, eum no- α4.
cte a latronibus propter vestem interfectum esse. Non, quod spoliatus reperiebatur, idcirco ab illis eum non occisum esse putandum est — § 5 — γ2.
b) sin minus, fieri potuit, γ2.δ6
ut alium quærentes in eum inciderent interfectores[92].
c) Multis quoque in odio α6.γ3
eum esse: ab illis eum periisse, credibile est. § 6.
II. *a)* Servi testimonium nihili α9.γ4
est. § 7.
b) Verisimilius est, me cæ- α9.γ5
di abfuisse quam interfuisse. § 5—8. εἰκότα.
III. Apparet, id periculum, α7γ6
quod, si eum interfecissem, ex ejus nece mihi impenderet, pluris esse faciendum, quam id, in quod incurri propter litem in me ab eo intentam. Hic fortunæ meæ aguntur, illic vita. § 9. ἐνθύμημα.

καὶ τοὺς ἀποκτείναντας φανεροὺς καταστῆσαι· ὅμως δὲ καὶ τοῦτο ἐπιχειρητέον· οὐδὲν γὰρ πικρότερον τῆς ἀνάγκης ἔοικεν εἶναι. Verborum ordo sic fortasse restituendus est: - - - καταστῆσαι· οὐδὲν γὰρ πικρότερον τῆς ἀνάγκης ἔοικεν εἶναι· ὅμως δὲ καὶ κτλ. Consimili modo conjunctæ inter se partes enunciationis per membrum, quod ex voce γάρ aptum est, divelluntur δ § 9 τοῖς μὲν - - ἀτυχοῦσι νεωτερίζειν συμφέρει· ἐκ γὰρ τῶν μεταβολῶν ἐπίδοξος ἡ δυσπραγία μεταβάλλειν αὐτῶν ἐστι· τοῖς δ' εὐτυχοῦσιν ἀτρεμίζειν καὶ φυλάσσειν τὴν παροῦσαν εὐπραγίαν.

91 τὸν ἄνθρωπον. De hac voce C. L. Kayser Rheinisch. Mus. XII (1857), p. 230: "der Kläger - - immer sonst ὁ ἀνήρ. Daher τὸν

βεβαίωσις (*τῶν ἀπολογουμένων λύσις*). § 2—8.

ı4. I. *a)* Sive latrones quum eum interfecissent a spoliando aliorum interventu absterriti essent, res manifesta foret, et iste liber crimine — § 2. —

ı6. *b)* sive alio in flagitio versantes, ne deprehenderentur, eum occiderent, in notitiam hominum pervenisset facinus. § 2.

6. *c)* Fieri non potuit, ut ii, qui minus periculi adirent, potius quam ii, qui plus, insidias illi struerent[93]. § 3.

7. II. *a)* Injuria negat reus, fidem servi testimonio esse habendam. § 4.

8. *b)* Nec verisimilius est eum cædi abfuisse, quam interfuisse. § 5.

9. III. Periculum a causa sacrilegii reo imminens multo majus ipsi videbatur quam hoc parricidii. § 6.

3. IV. Quod postulat, ut propter apertam in se suspicionem ipsam ne suspicione opprimatur, non recte dicit. § 7.

V. Largitiones in rempublicam

9. et sumtuum in ludos choricos erogationes indicio sunt, divitiis eum abundare, non cæde eum abstinuisse. § 8. *σημεῖον.*

VI. Quod contendit non suspectos, sed eos, qui cædem perpetraverint, interfectores esse,

0. *a)* recte diceret, si apertum

βεβαίωσις[94] (*τῶν κατηγορ. λύσις*). § 4—10.

I. *a)* Si qui cædi intervenissent, eos verisimile est non adeo fortes fuisse, ut manentes potius cognoscerent, quinam interfectores essent, quam timore perterriti aufugerent[95]. § 4.5. *εἰκός.* β5γ2.

b) Ab hominibus aliud facinus committentibus interfectum eum non esse, inde non colligi potest, quod aliud quoddam facinus nondum delatum sit. Nemo enim de hac re quæsivit. § 6. *εἰκός.* β6.γ2.

II. Famuli testimonio fides omnis abroganda. § 7. α9 β7.γ4.

III. Me facinori interfuisse, probabile non est. Contra ea rite demonstrare possum, illam noctem domi me meæ fuisse. § 8. *ἔλεγχος.* α9.β8.γ5.

IV. Quod vero arguor propter metum de fortunis meis homini illi insidiatus esse, apparet, non eum, qui fortunis gaudeat, sed qui opibus indigeat easque concupiscat, res novare solere. § 9. *εἰκός.* β12.γ8.

V. *a)* Quod dicunt argumentis ex probabilitate desumtis me cædis convinci, alia sunt probabilitatis argumenta eaque plura, quæ a me ipso stant. § 10. α9.β10.γ8. 10.

b) Non si ego absolvar, convinci non poterit posthac ullus maleficus; sed si ego condemner, nulla unquam satis erit defensio. § 10 *ἐνθυμήματα.* α10.γ8.

Επίλογος[96]. §8—11.

(β10)γ8.δ10. I. Convictus et verisimilitudine et a præsentibus absolvi non poterit reus - §9 -

γ8.δ10. *a)* neque enim unquam convinci poterunt insidiatores, si hæc non satis sunt ad coarguendum — § 10 —

β11. *b)* nec satis tutum aut utile est, hominem spurcum et scelestum vivere, qui et civitatem et cives flagitio suo contaminet. § 10. *εὖ, κακῶς διαθεῖναι.*

II. *προαίρεσις.* § 11.

Επίλογος. § 10—13.

I. Si non nisi verisimile est, a me occisum esse virum, absolvi me oportet, si verum non est, occisum a me virum esse, multo etiam magis oportet. Non is, qui in suspicionem incurrit, sed is, qui interfecit, condemnandus est[97]. § 10. *σύντομος ἀνάμνησις.* α6. α9.γ8.

II. *a)* 1) Nec deorum fana polluo nec impie facio, quod vos judices imploro, ut me liberetis. α10.

2) Accusatores autem et agrorum sterilitatis culpam admiserunt et injuste agunt, quod vos ad impia facta impellere cupiunt. § 11.

b) 1) Quare illos fide indignos habete.

2) Me autem ipsi novistis quum impie non egisse, tum plurima beneficia in rem publicam contulisse. § 12. γ8.

c) 1) Quare me absolvatis. § 12.

2) Quod si ille superstes fuisset, non solum me defenderem, sed monstrarem etiam, quum illum tum hos accusatores non juste mecum agere sed lucri causa. § 13. *εὖ, κακῶς διαθεῖναι.*

III. *ἔλεος.* § 13.

esset, quis interfecisset; *b)* quod quum ita non sit, ille, non alius necis patrator est. § 8. *σημεῖον*.

Ἐπίλογος. § 9—11.

I. *a)* Si quem aut ex verisimilitudine aut ex testimoniis convinci fas non est, nemo omnino unquam cædis coargui poterit. § 9.

δ10. *b)* Si reus absolutus erit, ejus, qui interfectus est, manes angore conscientiæ vos, judices, agitabunt. § 10. *εὖ, κακῶς διαθεῖναι*.

II. Hujus rei memores mortuo opem ferte, interfectorem ulciscimini. § 11. *προαίρεσις*.

Ἐπίλογος. § 11—12.

I. Non me sed illos impie egisse, demonstratum est. Insontem ne condemnetis, judices, sontemque absolvatis. § 11. *εὖ, κακῶς διαθεῖναι*. α2.

II. *προαίρεσις*. § 12.

ἄνδρα um so sicherer zu tilgen ist, als unmittelbar vorher der Ankläger seine Aufgabe in den Worten festgestellt hat: *πειράσομαι ὑμῖν δηλοῦν ὡς ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα.*" Vix probabiliter. Eadem enim inter *ἄνδρα* et *ἄνθρωπον* fluctuatio reperitur or. V, ubi § 39 *ὁ ἄνθρωπος* legitur, § 40 *ὁ ἀνήρ*, § 42 *τοῦ ἀνθρώπου*, § 46 *τὸν ἄνδρα*, § 51 *τοῦ ἀνθρώπου*.

92 *εἰ δὲ μὴ καὶ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις - - - τίς οἶδεν*; Reiskins ad h. l. et Kayser Rhein. Mus. XII, 236 *εἰ δὲ καὶ μὴ* pro vulg. *εἰ δὲ μὴ καί*. Quod videndum est ut rectum sit. Nam hæc enunciatio: *εἰ δὲ μὴ καὶ - - - ὑπ' αὐτῶν* objecti, ut ajunt, instar est ex verbo *οἶδεν* pendens; aliter autem accipienda et interpretanda est, si *εἰ δὲ καὶ μὴ* legitur. Præterea *καὶ* non ad *εἰ* sed ad *ἐπὶ τοῖς ἱματίοις* referendum est. Cf. or. V, 88 *πολὺ διαφέροντά ἐστιν ἢ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις*, ubi non debebant Mætzner et Turicenses *καί* expungere. De hac re egimus in diariis literar., quæ inscr. Zeitschr. f. Alterthumsw. 1857. N:o 66. p. 521 ad locum Hyperidis or. pro Euxenippo Col. 39. Frustra Kayser N. Jahrb. f. Philol. u. Pæd. 1858. Heft. 2. p. 119 affirmat pro *ὑπηρέτει καὶ* scribendum esse *ὑπηρετήκει*.

93 *τοὺς μὲν γὰρ ὅ τε φόβος ἥ τε ἀδικία ἱκανὴ ἦν παῦσαι τῆς προθυμίας - -* Imm. Bekker conjecit *προμηθίας* pro *προθυμίας*, idque Turicc. receperunt. Mætzner: *ἀδικία οὐχ ἱκανὴ - - προθυμίας*. Kayser in Rhein. Mus. XII, 234 sq. et ad Cornific. p. 289: *τοῖς μὲν - - - παῦσαι τὸ φοβούμενον* (l. *τὸ δεδιὸς* l. *τὸ δεδοικὸς*) *τῆς προμηθίας*

III, α.[98]

Προοίμιον.

I. Causæ eæ, quæ quo in jure sint, inter omnes constat, vel legibus et suffragiis dijudicantur; eæ, de quibus controversia est. non item. ἐπὶ τὸ προσέχειν. πρόθεσις. § 1. init.

III, β.

Προοίμιον § 1—2.

I. Quum quietus civis a foroque alienus sim, non nisi necessitate coactus ad hanc causam dicendam accedo[99]. § 1. πρὸς εὔνοιαν. Cf. Anaxim. 217, 19. 230, 17 sq. γ 1.

II. Defensor sum in causa, cujus nec cognoscendæ nec dicendæ rationem satis assecutus sim. § 1. πρόθεσις.

III. Quare ad clementiam vestram, judices, confugio atque oro, ut, si novo eoque paulo subtiliore dicendi genere utar, ne idcirco me causa cadere sinatis, neve ex opinione judicium faciatis, non ex rei factæ veritate.[100] § 2. ἐπὶ τὸ προσέχειν. γ 3.

---

cll. Thuc. I, 36. Hujus emendationis defensionem in accurata illa et perfecta apud Antiphontem membrorum enunciationis inter se contentione positam vult vir doctus, nisi forte contentioni illi plus justo tribuit. Mihi videtur aut Bekkeri emendatio probanda aut — quod fortasse probabilius est — pro *ΠΑΥCΑΙ* legendum *ΠΑΗCΑΙ*.

94 incipit in § 4 ab his verbis: *φασὶ δὲ τῶν μὲν κτλ.*

95 § 5. *τούτων δὲ μᾶλλον ἃ εἰκὸς ἦν δρασάντων οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς ἱματίοις διαφθείραντες αὐτοὺς οὐκ ἂν ἔτι εἰκότως ἀφίοιντο, ἐγὼ δὲ ἀπήλλαγμαι τῆς ὑποψίας.* Nec Reiskii hujus loci interpretandi ratio probari ullo modo potest, et Mætzneri ita demum vera habenda est, si *τούτων* "pertinere ad eos, quos cædi intervenisse ponat orator" recte dixisse dicitur. Neque sana erit hujus loci sententia, nisi verba emendata erunt. Ante *εἰκός* verisimile est *οὐκ* excidisse, quod facile fieri potuit propter syllabarum *εἰκ* et *οὐκ* similitudinem. Quo facto aperta ad intelligendum erunt omnia; sin minus, non erunt. Hi, qui cædi intervenisse dicuntur, si id fecissent, quod verisimile non est (int. eos fecisse, i. e. si cognovissent, qui essent interfectores), nec latrones etiamnunc liberi essent, et ego suspicione liberatus jam essem. De verborum modis cf. Krueger. Gr. Gr. I, 65, 5, 6.

III, γ.

Προοίμιον. § 1—4.

β 1. I. *a)* Ille, non antea impudens visus, jam ea dixit, quæ eum numquam dicturum fuisse putabam. § 1. *κακολογία.*

b) Multo me ille prævertit, qui,quum a me putaretur nihil responsurus esse, non responderit solum sed ultro accusaverit.[1] § 2. *ἐλάττωσις.*

β 2. II. Quare non suo jure vos, judices, rogat, ut sibi audientiam faciatis. Ego vero ad vestram misericordiam confugiens oro, ne captiosa ejus facundia decipiamini, neve ea, quæ vera sunt, pro falsis habeatis.[2] § 3. *ἐπὶ τὸ προσέχειν.*

III. Illa speciosior quam verior est, hæc, ut sincerius, ita ad persuadendum impotentius dicuntur. § 4. init. *πρόθεσις.*

III, δ.

Προοίμιον. § 1—2.

I. Probabile est, istum meam defensionem non animum advertisse. Sed vestrum est, judices, quum et accusator et reus sua uterque recte dicta esse putet, de iis, quæ vere facta sunt, integre judicare. Ex dictis enim de factis judicandum est. § 1. 2 init. *πρὸς εὔνοιαν.*

II. Si quid falsi protulero, permittam cetera pro fucatis haberi; sin subtiliter quidem sed vere, indignitatem rei in auctorem ejus relabitur. § 2. *ἐπὶ τὸ προσέχειν.*

---

96 incipit ab his verbis *ἐλεγχόμενος δ' ὑπό τε τῶν εἰκότων κτλ.* Dixerit forsitan quispiam inde ab illis verbis usque ad extremum § 10 *τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον* (confutationem) esse hujusque sententiæ suasorem quendam esse eum, qui *ὑπόθεσιν* hujus orationis conscripserit. Qui hæc dicit: - - *τὴν δὲ τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησιν λύει τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ δούλου. εἶτα παρέκβασις καὶ ἐπίλογος.* At considerandum est, primum *παρέκβασιν* confutationem non esse, deinde vero his verbis *ἐξελεγχόμενος δ' ὑπό τε κτλ* ea contineri, quæ epilogi propria sunt. Similiter se res habet in aliis quoque tetralogiarum orationibus. De *παρεκβάσει* cf. Anonym. Seguer. p. 436, 4—12, Aphthon. Progymnasm. I, 81 Walz., Anon. Schol. in Aphthon. II, 37 W., Doxopater Homil. II, 221 W., Sopater *Διαιρ.* II, 394 sq. W., Anon, *Προλεγ. εὑρέσ.* VII, 64 W., quique a Walzio in Ind. laudati sunt loci s. v. *παρέκβασις.* Ceterum cf. Quintil. I. O. III, 9, 4. IV, 3, 9; 12; 14 sqq., Kayser ad Cornific. I, 8, 12 p. 223.

τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον (προκατάληψις).

Quare credo reum de hac causa adversus me non contenturum esse. Filius enim meus ab hoc juvene in gymnasio transfixus exspiravit. § 1.

βεβαίωσις.[3] § 3—10.

I. Filium liberaliter educavi, ut emolumento reipublicæ olim esset. Quod tamen præter opinionem mihi accidit. Adolescens enim inter exercendum jaculo puerum assecutus est ille quidem, sed re vera non interfecit — § 3 — α2.

a) puer enim ipse ita incautus prosiluit, ut hastam euntem corpore suo moraretur, — § 4 — γ6.δ4.

b) quare juvenis immerito accusatur pueri occisi, qui si eodem in loco, quo erat, mansisset, jaculo non peteretur. § 5. *εἰκός.* γ10.δ4.

II. Quum concessum sit, non voluntariam cædem esse, ex ipso errore, quis sit ejus auctor, apparet ipse auctor. α2.γ8;1 δ

a) Non is, qui rem aliquam inscius et invitus efficit, sed is, qui sciens et prudens vel facit vel patitur, auctor et causa ejus rei est[4]. § 6. *γνώμη.*

b) Quare adolescens non in culpa est. Neque enim a scopo aberravit neque eos, qui procul a meta aberant, offendit. § 7. *σημεῖον.* γ9.

c) Puer ipse de loco, ubi si mansisset liber a periculo esset, erravit, ideoque nos culpa liberavit, se ipse ultus est[5]. § 8. *τεκμήριον.* γ5;7.

d) Lex nos liberat. § 9. *νό-* β9.γ7;1

βεβαίωσις (τῶν κατηγορ. λύσις). § 4—10.

δ4. I. Defensione accusati super-
sedere possum, sed viden-
dum est, ne filium mortis
voluntariæ damnatum vi-
β8. deam. Eo enim audaciæ
processit reus, ut ab inter-
fectore interfectum esse
puerum neget, eumque, qui
jaculum ne tetigerit qui-
dem, sua ipsum manu per-
iisse. Ab illo potius vo-
lente quam a se ipso ne-
catum esse filium probari
β4.δ4. potest. In ipso enim ja-
culandi momento ab artis
gymnasticæ magistro vo-
catus incidit in infestum
δ5. illius jaculum. Adolescens
α2. autem in jaculorum colli-
gendorum tempore errans,
sive volens sive invitus,
at occidit filium meum. §
4—6. ἔλεγχος.
;9.δ8. II. *a)* Lege adolescentem te-
neri negat reus. Injuria.
§ 7. νόμιμον.
β6.δ7. *b)* Propter errorem absolvi
non debet. § 8. δίκαιον.
β7;10. *c)* Quod malis indigni ut
honeste viventes sibi vi-
dentur illi, non digniores
morte sumus nos, qui æque
honeste vivimus. § 9 init.
δίκαιον.
β7;10. *d)* Quod contendunt, non
errore vacuos sed ei ob-
noxios puniendos esse, pro
nobis dicunt. § 9. δίκαιον.
β9. III. Uterque et erravit et in-
β5.δ4. vitus interfector evasit, et
β6.δ7. puer et adolescens [6]. § 10.
σημεῖον.

βεβαίωσις (τῶν κατηγορ. καὶ ἀπολογ. λύσις). § 3—8.

I. *a)* Iste concedit ea, quæ
dicta sunt, vera esse, de
interfectore autem contro-
versatur. § 3.
b) Conqueritur, quod puer β8.γ4;5.
sui ipsius interfector ar-
guatur, sed non ad ea, quæ
dicta sunt, respondet.
1) Neque enim dixi, a puero β5.γ10.
quemquam jaculo ictum
esse, sed in telum eum
incidentem periisse.
2) Pædotriba, si eum vo- β4.γ6.
cavit, homicida est, ipse
si volens abiit, a se ipso
interfectus est. § 4.
II. Pueri culpa est, non ado- γ6.
lescentis. Hic fecit, quod
suum erat, idemque, quod
sodales ceteri, ille nec,
quod suum erat, nec idem,
quod ceteri. § 5.
III. Adolescens non magis
quam ceteri cædis culpa
tenetur. § 6. εἰκός.
IV. Puer non temerarius so- β6.γ8;10.
lum sed incautus etiam
fuit. § 7. εἰκός.
V. Ex lege, quam protule- β9.γ7.
runt isti, adolescens poe-
na liberandus est. § 8. νό-
μιμον — ἐνθυμηματώδης
τελευτή.

μιμον. ἐνθυμηματώδης τελευτῇ.
e) Quare fas est pro noxiis nos non haberi § 10. δίκαιον. ἐνθυμηματώδης τελευτῇ.

'Επίλογος. § 11–12.

I. Itaque vos, judices, nostri misereat, neve nos condemnando infelices reddatis. § 11. ἔλεος.

II. Mortuus enim ipse se calamitati dedit. § 11. κακῶς διαθεῖναι.

III. Quare et vere factorum et justitiæ rationem habeatis, neve indignis calamitatibus miserrimum utrumque et filium et patrem demergatis. § 12. προαίρεσις.

'Επίλογος.

β3;6.γ6. I. Invitus, non voluntarius puerum interfecit. Sed mi-
δ9. hi, quamvis invitus, fecit tamen calamitatem. § 2. ἀνάμνησις.

II. Quare vos mei misereat. § 2. ἔλεος.

Actor hujus causæ, quum de re prorsus manifesta agi ei videretur, omnem βεβαίωσιν omittendam censuit. Argumentationis quoddam semen solum projecit brevissimam rei factæ expositionem, quam pro firmissimis argumentis esse jure suo sibi arbitrari videtur.

---

97 ἐγώ τε γὰρ φανερὸν κτλ sic explicanda videntur: Nam et apertum est, me, quippe qui magna injuria ab illo affectus sim, injuriarum poenas ab eo repetiturum fuisse (int. si etiamnunc viveret: ἠμυνάμην, ut in re præterita), aliter enim non probabiliter videretur a me occisus esse, neque recte condemnatis eum, qui cet. Μεγάλα ἀδικούμενος ad litem ab interfecto in reum intendi coeptam spectat (α, 6).

98 De cæde non voluntaria. Puer quidam, dum in gymnasio se exercet, ab adolescente quodam, qui in eo erat, ut jaculum emitteret, per errorem transfixus moritur. Pater pueri nulla rei factæ confirmatione opus esse ratus poenam cædis reo irrogat. Pater adolescentis filium suum ita defendit, ut omnem culpam ab eo demoveret, puerumque ipsum diceret commisisse, ut occideretur, siquidem sua voluntate in teli jactum incurrisset. Hac in re demonstranda enthymematis maxime utitur.

99 Νῦν δὴ φανερὸν κτλ. Fieri non potest, ut oratio a νῦν δή incipiat. Νῦν δέ sine dubio legendum est. Cf. Krueg. Gr. Gr. I, 69,

Ἐπίλογος. § 11—12.

I. Adolescens, utpote cædis particeps, indignus est, qui liberetur.[7] § 11. *κακῶς διαθεῖναι.*

II. Cavendum vobis, judices, est, ne, si reos damnare prætermittatis, omnis culpa in vos relabatur. § 11. *εἰς ὀργήν.*

III. Quare sontes ulciscamini. § 12. *προαίρεσις.*

Ἐπίλογος. § 9—10. α2.

I. *σύντομος ἀνάμνησις.*[8] § 9. 10 init.

II. Quare ne nos, judices, calamitatibus implicetis, neve illorum vos misereat. § 10. *προαίρεσις.*

16, 5. Ac profecto *νῦν δέ* a Spengelio scriptum est in Commentar. ad Anaxim. p. 210, quod utrum casu an consilio factum sit, nescio.

100 - - *δέομαι ὑμῶν, ἐὰν ἀκριβέστερον ἢ ὡς σύνηθες ὑμῖν δόξω εἰπεῖν, μὴ διὰ τὰς προειρημένας τύχας ἀποδεξαμένους μου τὴν ἀπολογίαν, δόξῃ καὶ μὴ ἀληθείᾳ τὴν κρίσιν ποιήσασθαι.* Mætzner ad h. l. ante *ἀποδεξαμένους* scribi vult *μή* particulam, ut sententiæ satisfiat. Reiskius inseri postulat ante *ἀποδεξαμένους* aut *ἀπηνῶς* aut *σκληρῶς* aut *τραχέως* aut simile quid, Kayser Rhein. Mus. XII, 227 *δύσνως* cll. *γ* § 3. At non emendatione sed explicatione locus eget. Distinguendum post *μή* scribendumque *δέομαι - - - εἰπεῖν, μή, διὰ τὰς κτλ.*, nam *μή* ad *δόξῃ - - ποιήσασθαι* pertinet. Vos oro, inquit orator, ne, si propter eas, quas supra dixi, res adversas defensionem meam benigne exeeperitis, opinione, non veritate rem dijudicandam censeatis. Hanc interpretationem ea etiam, quæ sequuntur, confirmant. Similiter inter negationem et verbum finitum, ut ajunt, interjectum est participium III, *γ*, 2 *οὐδὲ γὰρ ἂν - - - τὸ ἥμισυ τῆς κατηγορίας ἐμαυτὸν ἂν ἀπεστέρησα.* VI, 7 *καὶ οὐκ - - δικαίως με βούλονται τιμωρεῖσθαι.*

1 *ἐγώ τε γὰρ πολλῇ ἀνοίᾳ χρώμενος οὐκ ἂν ὑπέλαβον τοῦτον ἀντειπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἕνα λόγον ἀντιδοὺς ἤλεγξας* (Codd. N. A. *ἢ λέξας*) *τὸ ἥμισυ τῆς κατηγορίας ἐμαυτὸν ἂν ἀπεστέρησα· οὗτός τε κτλ.*

Reiskius ad h. l. hæc: "Legendum censeo *ἀντὶ δυοῖν λέξας* [pro *ἀντιδοὺς ἤλεγξας*]. dicta una oratione, loco duarum, id est, non

satis habuissem brevi et simplici accusatione defungi sed accusationi alteram quoque partem adjunxissem, hoc est, refutassem argutias ejus; neque hac accusationis altera parte ipse memet fraudassem." (Hunc secuti sunt Bekk., Turicc., Car. Mueller).

Ac Mætzner "verba ἢ λέξας — inquit — nam vulg. ἔλεγξας [imo vero ἤλεγξας] nihili est — quæ in optimis exstant codicibus glossæ speciem præ se ferunt: quibus seclusis nihil difficultatis relinquitur. Hoc dicit Antipho: neque enim, si suspicatus essem defensione usurum esse reum, duas orationes accusati una hac oratiuncula compensans, dimidia accusationis parte me ipse privassem. Cf. α § 1."

Uterque vir doctus a vero videtur aberrasse. Neque enim duabus poterat sed una oratione accusari reus, priusquam se defenderet. Neque una tantum oratione actor reum accusavit sed duabus; æquoque numero orationum inter se certabant accusator et reus. Non enim, quod prior accusatoris oratio brevissima fuit, idcirco nulla fuisse putanda est. Paulo infra legitur: ἕνα μὲν πρὸς ἕνα λόγον ἀπολογηθείς. Enimvero in scriptura ἢ λέξας vel ἤλεγξας latere mihi videtur id, quod Antiphon scripsit, ἐλέγξας. Legendum igitur - - ἀντιδοὺς ἐλέγξας - -. Ἀντιδιδόναι est (till utbyte framställa) aliquid ad remunerandum proponere, sive illatum sit id, quod remuneretur, sive inferendum: offerre alteri permutationem alicujus rei. Cf. Schæfer. ad Demosth. Leptin. p. 469, v. 5. ed. Bremii p. 323 sq. Hæc fere orator dixisse videtur: oratione nuper habita ita rem exigendam putavi, ut filium meum jaculo transfixum ab adolescente isto periisse ostenderem; cædem illam quidem esse, sed non consulto et quasi dedita opera patratam. Quo facto prudens ac sciens feci, ut dimidiam accusationis partem prætermitterem. Una pars accusationis fuit hæc: ab adolescente interfectum esse puerum; altera: ab adolescente non invito cædem patratam esse. Quam ego partem non omisi solum sed etiam sustuli, siquidem concedebam, cædem non voluntariam esse. Hoc, si saperem, non fecissem (cf. § 5 extr.). Nam quod ego ex accusatione a me facta sustuli, inde mei accusandi occasionem iste cepit. — De grammatica verborum ratione ex iis, quæ diximus, satis liquet: nam ἕνα λόγον ἀντιδοὺς idem fere est quod ἐπεὶ ἕνα λόγον ἀντέδων, ἐλέγξας autem ad ἀπεστέρησα referendum est. Cf. Krueg. Gr. Gr. I, 56, 15, 4.

— τῷ διπλασίῳ, altero tanto i. e. quod ego unice ac simpliciter dixi, id ille duplicavit, nimirum ἕνα πρὸς ἕνα λόγον ἀπολογηθεὶς idemque ἃ κατηγόρησεν ἀναποκρίτως εἰπών i. e. non solum se defendit sed me ultro accusavit. Dixit enim puerum a se ipso interfectum esse.

— ἀναποκρίτως εἰπών i. e. οὐκ ἀποκρινόμενος ἀλλὰ κατηγορῶν εἰπών, siquidem non lacessitus, non provocatus, nulla respondendi necessitate coactus hæc dixit. Cf. II, δ, 3: ἐμὲ δὲ προσῆκεν οὐδὲν ἄλλο ἢ πρὸς τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀκολούθου ἀπολογηθῆναι κτλ.

2 οὗτοι μὲν οὐχ ὁσίως δεῖται ὑμῶν συχνῶς τὴν ἀπολογίαν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ. Pro συχνῶς Reiskius conj. εὐμενῶς, Kayser Rhein. Mus. XII, 227 εὔνως. Sed de συχνῶς dubitari non oportebat. In eo omnes critici et interpretes errasse mihi videntur, quod συχνῶς ad ἀποδέχεσθαι retulerunt; imo vero ad δεῖται pertinet. Significat assidue i. e. enixe l. multum. Hyperbata apud Antiphontem frequentissima esse, nemo est, quin sciat. Cеterum cf. ea, quæ de β § 2 diximus.

3 Quod si planius et accuratius describatur dispositio, §§ 3—5 confutationem continent, §§ 6—10 ἀντικατηγορίαν ejusque confirmationem. Cf. Ernest. Lexic. Technol. Rhet. Gr. p. 27. Lat. p. 76.

4 ἐκ τῆς ἁμαρτίας ὁποτέρου αὐτῶν ἐστιν (int. ἡ ἁμαρτία) ἔτι γε (nam sic legendum) σαφέστερον ὁ φονεὺς ἐλεγχθείη, i. e. ex eo ipso, uter eorum erraverit, etiam luculentius apparet, quis sit is, qui cædem commisit. Ita jam explicavit Dobreeus Advers. I, 169. Locus emendatione non eget.

5 τοῦ χώρου διαμαρτὼν ἐν ᾧ διατρέχων οὐκ ἂν ἐπλήγη i. e. ab eo loco, in quo si discurrisset (ultra quem si non ivisset), jaculo non peteretur, aberravit. Reiskius ad h. l. et Dobreens l. l. χρόνου pro χώρου malebant, eosque secuti sunt Turicc. et ed. Didot. Paris, (Car. Mueller) 1847. Non recte. Neque enim h. l. de tempore sed de loco mentio est Verum est, γ § 6 de tempore agi, sed animadvertendum est, ita a reo discrepare actorem, ut, quum ad loci excusationem ille confugerit, ipse temporis causationem proferat.

6 ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδὲ τοῦ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι, ἐξ ὧν αὐτοὶ λέγουσιν, ἀπολύεται, ἀλλὰ κοινὰ ἀμφότερα ταῦτα ἀμφοῖν αὐτοῖν ἐστι, δηλώσω. Sic Turicenses, idque mea quidem sententia recte. Pro posteriore οὐδέ Codd. τοῦδε: οὐδέ certatim conjecerunt Mætzner et Sauppius, idemque jam Reiskius suspicabatur legendum esse. Pro τοῦ, quod Saupp. conjecit, vulg τῷ. Sauppio adstipulatur Mætzneri cod. N (Oxoniensis) Kayser Rhein. Mus. XII, 230 sic: ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας ὁ τοῦδε τῷ ἀκουσίως κτλ. "mit τοῦδε ist ja der Vater des Jünglings so eben bezeichnet worden; οὐδὲ aber bezieht sich auf die frühere Deduction des Gegners § 9 φάσκων κτλ. - - - Die Negation ist - - per hyperbaton mit ὁ τοῦδε zu verbinden - - οὐδὲ τοῦ ἀκουσίως - - scheint - - sich von der Intention des Sprechers zu entfernen: denn das ἀκουσίως ἀποκτεῖναι ist selbst vom Gegner zugestanden - -" Hoc minus considerate. Quod ad ἁμαρ-

IV, α [9]

Πρόλογος. § 1—5.

I. Recte illud usitatum est, ut accusantibus opera detur, ne opprimant insontes, crimini obnoxios relinquant.

β 7. A Deo ad id facti natique sumus, ut ne ante diem vita privaremur. Quare si quis aliquem vita spoliavit, is et impius in Deum est et legem violat [10]. § 1—4. *πρὸς εὔνοιαν.*

II. Illud cavens ego criminis insons homicidam in jus vocavi. § 5 init. *πρόθεσις.*

III. Vos, judices, accusationem animum advertite. § 5. *ἐπὶ τὸ προσέχειν.*

IV, β.

Προοίμιον. § 1.

Brevis istorum oratio. Non mirum. Non enim ne quid patiantur, sed ut inique me opprimant. hoc litis periculum subierunt. Is, qui mortuus est, causam mortis ipse dedit, non ego. Is injurias exorsus et suæ calamitatis auctor factus est et meæ accusationis. § 1. *ἐπὶ τὸ προσέχειν. κακολογία.*

τίαν attinet, defensor β § 6—7 ostendit, adolescentem *τῆς ἁμαρτίας* liberum esse, quod ad *τὸ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι*, hoc quoque crimine liber esse demonstratur, cf. β § 9 *ὅδε ἀπολύεται μηδὲ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι αὐτόν.* Unde apparet, voces *ἀμφότερα ταῦτα* ad hæc duo *τὴν ἁμαρτίαν* et *τὸ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι* spectare. Ac verbis *εἰ γὰρ ὁ παῖς διὰ τὸ ὑπὸ - - - ἀλλ' ἀτρέμα ἑστῶτος ἀπέθανεν ὁ παῖς* ostendit accusator ad utrumque (et adolescentem et puerum) pertinere *τὸ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι*, verbis *ἐξ ἀμφοῖν δὲ τοῦ φόνου - - - ἀζήμιος ἀποφυγεῖν ἐστιν*; monstrat *τὴν ἁμαρτίαν* a neutro amoveri posse.

7 *οὐθ' οἱ θανατώσαντες ἡμᾶς μὴ εἰργόμενοι τῶν προσηκόντων εὐσεβοῖντ' ἂν ὑπὸ τῶν ἀπολυσάντων τοὺς ἀνοσίους.* De hoc loco non satis apte Mætzner (Commentar. p. 181) disputavit. Nec corrupta videntur esse verba nec recte explicata. Hoc dicit orator: Neque ii, qui nos (i. e. filium meum) interfecerunt, si non inde arcentur, unde eos arceri fas est, religiose habentur (pro merito tractantur) ab iis, qui impios absolvant, i. e. a vobis, siquidem impios absolvatis; qua de re cf. ea, quæ disputavimus ad II, β, 3.

8 *ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας* [*ὅς*] *ἐὰν διαφθαρῇ κτλ.* Sic Mætzner. Voc. *ὅς* sejungendam censuit Reisk., uncis inclusit Dobsonus, deleverunt Bekker et Turicenses. Jam ego conjeceram legendum esse *ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας ὢν ἐὰν κτλ.* cll. IV, β, 7 *καθαρῷ μὲν γάρ μοι τῆς αἰτίας ὄντι κτλ.*, quum vidi a Carolo Scheibeo, critico viro,

IV, γ.

Προοίμιον. § 1.

I. Non mirum, si reus iis, quæ fecit, convenienter dicit, vobisque, judices, ignoscendum est, quod rerum expositionis accipiendæ studiosi istum æquo animo audivistis. § 1 init. *πρὸς εὔνοιαν.*

II. Qui, quamvis concedat, ex plagis mortuum esse hominem, tamen se homicidam esse negat. § 1 med. *προκατάληψις.* Cf. ad II, β, 3.

III. Hæc et his similia ab eo dicta esse ostendam. § 1 extr. *πρόθεσις.*

IV, δ.

Προοίμιον. § 1.

I. Reus non ob sui desperationem sed propter accusatorum contentionem urbe excessit. Nos amici fas esse eum defendere duximus. § 1 init. *πρὸς εὔνοιαν.* Cf. Anax. p. 230, 23.

II. Defendendum igitur est. § 1 extr. *πρόθεσις.*

---

in Actis Societat. Græc. a Funkhænelio et Westermanno edd. Vol. II. p. 88 hanc emendationem præceptam.

9 Juvenis senem inter rixam ita vexavit, ut paucis diebus post animam efflaret. A senis propinquis hujus criminis accusatus una oratione se defendit dicitque et a sene sibi injuriam illatam esse, nec plagis acceptis eum confectum exspirasse sed inscitia medici. Alteram defendendi causa orationem, quum ante ejus habendæ tempus solum exsilio vertisset, non ipse habuit, sed pro eo amicus quidam causam oravit.

10 § 3 *ὅ τε γὰρ ἀποθανὼν κτλ.* Ad h. l. Sauppius: "*γὰρ* malim abesse, ut sibi respondeant *ὅ τε γὰρ θεὸς* (§ 2) - - *ὅ τε ἀποθανὼν* (§ 3) - - *ἡμεῖς τε* (§ 4)." At huic emendationi ipse orationis contextus repugnat. Primum enim de vv. *ὅ τε γὰρ θεὸς* (§ 2) vox *τε* in eadem enunciatione habet, quod sibi respondeat, *τε* in vv. *τροφίας τε παρέδωκε.* Ibi si nulla esset particularum trajectio, sic locutus esset orator *ὁ γὰρ θεὸς - - τοὺς πρώτους γενομένους ἡμῶν ἔφυσέν τε τροφίας τε παρέδωκε κτλ.*, qua de re cf. Mætzner ad h. l. p. 185. Tum vero *ὅστις οὖν* — inquit Antiphon — *τούτων ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀξιωθέντος τοῦ βίου, ἡμῶν ἀνόμως τινὰ ἀποκτείνει, ἀσεβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεούς, συγχεῖ δὲ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων.* Hæc duo (*ἀσεβεῖ. συγχεῖ*) in iis, quæ sequuntur, uberius explicat orator, ac prius illud in § 3, posterius in § 4. Ea igitur, quæ in §§ 3 et 4

τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον.

β3;7. Non invitus sed cum insolentia et intemperantia in senem sæviens et impie egit et in legis violatæ crimen incurrit. § 6.

βεβαίωσις.

ἐκ μαρτυριῶν. § 7 init.

βεβαίωσις (τῶν κατηγορ. λύσις). § 2—7.

I. Nec juste nec recte ab istis accusor. Si quis enim hominis injurias ultro inferentis vim vi repellit, num injuste is facit?[11] § 2. γ3.δ6.
δίκαιον. γνώμη.

II. Dixerit quispiam, me ex lege in cædis crimen incurrisse. Quod tamen iterum ac sæpius nego. Nam si protinus a plagis exspirasset, a me periisse eum concederem idque merito; atqui multos post dies propter incuriam medici mortuus est. § 3—4. α6. γ2. γ5.δ8.
σημεῖον.

III. *a)* Lex enim me poena liberat. Vim vi repellens non magis injurias intuli quam passus sum. § 5. γ4.δ4.
b) Is, qui injuriam intulit, mortis auctor est, non ego. § 6 init. *νόμιμον.* γ2.δ2.

IV. Et lex et injuriarum auctor me culpa liberat. Mortuus sua ipsius vel infelicitate vel animi temeritate interiit. § 6 extr. *ἐνθύμημα.* γ4.δ5
αἱ προκαταλήψεις αἱ ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰρημέναι.
Ii, qui me accusarunt, earum rerum, quas arguunt, ipsi manifesti sunt. § 7. α2.β4.

---

insunt, inter se respondent, sed nullo responsionis vinculo cum vv. *ὅ τε γὰρ θεὸς* (§ 2) continentur. Hæc fere dicit orator: (§ 3) Nam et easdem, quas homicida (*τῷ ταῦτα δρῶντι*) contrahit, manium in se iras colligunt ii, qui præter jus fasque accusant vel testimonia

βεβαίωσις. § 2—5.

6.δ2. I. Ac primum quidem reus hominem negat, etiamsi ex plagis exspiraverit, a
δ2. se tamen interfectum esse: eum enim initium injuriæ fecisse.

a) At juvenum est, non senum, rixas exordiri. § 2. εἰκός.

2.δ6. *b)* Ceterum non iisdem sed contrariis armis propugnavit. § 3. σημεῖον. παράδειγμα.

5.δ4. II. Tum vero ausus est dicere, eum, qui injuriam exorsus est, potius quam eum, qui interfecit, in cædis crimen incurrere. Illum enim necis consultorem esse. § 4 init.

δ3. *a)* At qui plagam inflixit, non autem interfecit, is plagæ auctor est, qui vero occidit, mortis. § 4 med.

δ5;8. *b)* Infelicitas ejus est, qui occidit, malum ejus, cui aliquid accidit. § 4 extr. ἐνθύμημα.

.δ8;3. III. Quod vero dixit, a medico eum interemptum esse, miror, quid sit, quod a vobis potius interfectum esse non asseveraverit. § 5. ἐνθύμημα.

βεβαίωσις (τῶν κατηγορουμ. λύσις). § 2—8.

In eo vertitur culpa, uter eorum injuriæ auctor sit. β6.γ2.

I. *a)* Perperam evincere studuit accusator, eum incepisse verisimile esse propterea, quod juvenum esse diceret superbire, senum sapere. Utriusque utrumque est. § 2. εἰκός.

b) Reus non fuit injuriæ auctor, sed pulsum eum ab illo coactum esse ad se defendendum, testes ipsi confirmarunt.[12] § 3. ἔλεγχος. γ4;5.

II. Dolo malo non usus est. Nam se defendere, non occidere illum cogitavit. § 4. 5 init. τεκμήριον. ἐρώτησις. β5.γ4.

III. Error autem mortui, non se defendentis est. § 5. ἐνθύμημα. β6.γ4.δ8.

IV. Inferior reus fuit, non superior in se defendendo. § 6 ἐνθύμημα. β2.γ3.

V. Quod si ita sit, jus fasque non est, reum condemnari. § 7. δίκαιον.

VI. De lege jam testes confirmarunt, hominem non plagis sed medici incuria mortuum esse. § 8 init. β4.γ5.

VII. Infelicitatis quoque culpa ad eum transferenda est, qui injuriam intulit. § 8 extr. ἐνθύμημα. β6.γ4.δ5.

---

dicunt, (§ 4) nec nos, qui mortuorum vindices exstitimus, si alia de causa præter ultionem mortui in jus aliquem vocamus, deos manes a

Ἐπίλογος.	*Ἐπίλογος.* § 8—9.
Debetis, judices, et injuria affectos ulcisci et in insolentiam vindicare. § 7. *προαίρεσις.*	I. Vestrum, judices, ipsorum commodum si spectatis, me absolvite. § 8. *εὖ διαθέσθαι.* II. *προαίρεσις.* § 9.

---

nobis stantes videbimus obnoxiique erimus et cædis crimini et errori judicum.

11 *ταῖς δὲ χερσὶ τυπτόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ταῖς χερσὶν ἅπερ ἔπασχον ἀντιδρῶν, πότερα ἠδίκουν; εἶεν.* Hæc num sana sint, in dubium vocari potest. Suspicor pro *ΕΙΕΝ* legendum *ΗΜΗ* esse: *πότερον ἠδίκουν ἢ μή;* In *βεβαιώσει ἐκ τοῦ δικαίου* hoc mihi requiri videtur. Ad *ἢ μή* intelligendum est *ταῖς χερσὶν ἅπερ ἔπασχον ἀντιδρῶν.* Alia est verbi *εἶεν* ratio in Or. V § 58 init.

12 *εἴτε γὰρ ὁ πατάξας, διὰ τὴν πληγὴν βιασάμενος ὑμᾶς ἐπιτρεφθῆναι ἰατρῷ μᾶλλον τοῦ ἀποκτείναντος φονεύς ἐστιν, ὁ ἄρξας τῆς πληγῆς φονεὺς γίγνεται.* De hoc loco Kayser Rhein. Mus. XII, 233: - - "eine doppelte Corruption - - Hier kann erstens *βιασάμενος ἐπιτρεφθῆναι ὑμᾶς ἰατρῷ* nur bedeuten, der Greis habe seine Freunde genöthigt dem Arzt sich zu übergeben, statt: er nöthigte sie ihn selbst dem Arzt zu übergeben, d. h. den Rath dazu zu ertheilen. Also wird *συμβουλεῦσαι* vor *ὑμᾶς ἐπιτρεφθῆναι* nicht fehlen dürfen. Dann ist die Folgerung *ὁ ἄρξας τῆς πληγῆς φονεὺς γίνεται* eine sehr nichtsagende, oder eigentlich keine, sondern fällt zusammen mit der Prämisse *εἴτε γὰρ ὁ πατάξας — μᾶλλον τοῦ ἀποκτείναντος φονεύς ἐστιν.* Ganz anders geräth aber der Schlussatz, wenn man *εἴτε γὰρ ὁ πατάξας φονεύς ἐστιν* voranstellt." Sagaciter hoc. Videtur tamen vir doctissimus demonstrasse potius, huic loco medicinam opus esse, quam ipse medicinam adhibuisse. In promptu est suspicari, protasin hujus enunciationis initio in duo divisam fuisse membra, quorum utrumque a voce *εἴτε* inciperet. Quod si ita sit, quum sententia expleta erit, hæc fere dixisse putabitur Antiphon: *εἴτε γὰρ ὁ πατάξας διὰ τὴν πληγήν, εἴτε καὶ ὁ βιασάμενος ὑμᾶς* (intell. *ὥστε*) *ἐπιτρεφθῆναι ἰατρῷ κτλ.* Cf. *γ*, 4. 5. Hoc confirmant quoque ea, quæ sequuntur: *οὗτος γὰρ ἠνάγκασε τόν τε ἀμυνόμενον (— εἴτε γὰρ ὁ πατάξας) ἀντιτύπτειν τόν τε πληγέντα (— εἴτε καὶ ὁ βιασάμενος) ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἐλθεῖν.* Quæ quum ita sint, supervacaneum esse illud *συμβουλεῦσαι*, apparet.

Ἐπίλογος. § 6—7.

I. Manifestus est cædis. Eo autem audaciæ processit, ut non satis habuerit se defendere sed nos etiam, sceleris vindices, insimulare. § 6. *κακῶς διαθεῖναι.*

II. *προαίρεσις.* § 7.

Ἐπίλογος. § 9—11.

I. Reum insontem culpæ esse, monstratum est. Quod si ex iis, quæ dicta sunt, vel damnari vel liberari possit, vel sic liberari eum tutius vobis, judices, erit. Quare quum homicidam punire quæratis, ne insontem condemnetis. Utriusque et mortui et vivi manes poenam expetent. § 9—10. *εὖ διαθεῖναι.*

II. *προαίρεσις.* § 11.

De oratione V., quæ est de cæde Herodis.

Mytilenæus quidam juvenis, cui nomen Helo fuisse tradit is, qui hujus orationis *ὑπόθεσιν* scripsit, aliquando cum Herode, Mytilenæo cive, navem conscendit Aenum Thraciam urbem, ubi habitabat pater Heli, profecturus. Tempestate coorta navem, qua vehebantur, ad litus Methymnæum appulerunt, ut aliam navem conducerent. Ubi dum morantur, quum post compotationem virorum Herodes noctu e nave exiisset, non rediit. Quam ob rem propinqui Herodis Helum, a quo occisum illum esse suspicabantur, cædis accusarunt. Ceterum de causa ipsa cf. quæ Mætzner disputat p. 197 sqq. In oratione, quam Helo defensionis causa Antiphon conscripsit, hæ sunt partes.

Προοίμιον. § 1—19.

I. 1) Opus mihi est in tanta calamitate tantisque malis par tot cladibus et dicendi facultas et rerum peritia. § 1—3 init.

2) *a)* Ego vero non id, quod alii deprecari solent, a vobis peto, sed ut mihi oris vitium erroremque sermonis condonetis [13]. § 3 *ἀνάγκη οὖν* — 5.

---

13 § 5. *τάδε δὲ δέομαι ὑμῶν, συγγνώμην ἔχειν μοι τοῦτο μὲν ἐάν τι τῇ γλώσσῃ ἁμάρτω, καὶ ἡγεῖσθαι ἀπειρίᾳ αὐτὸ μᾶλλον ἢ ἀδικίᾳ ἡμαρτῆσθαι, τοῦτο δὲ ἐάν τι ὀρθῶς εἴπω, ἀληθείᾳ μᾶλλον ἢ*

b) In timore præterea sum, ideoque vos rogo, ut audientiam mihi faciatis[14]. § 6—7. *ἐπὶ τὸ προσέχειν. αἰτήματα.* Cf. Anaxim. c. 19. p. 207, 3 sqq.

II. [1]) Contra legem reus sum factus[15]. § 8.

δεινότητι εἰρῆσθαι. Reisk. legi vult *τοῦτο μὲν συγγνώμην ἔχειν μοι, ἐάν τι κτλ.* Baiter *συγγν. ἔχειν μοι* post *ἁμάρτω* posita mavult. Mætznero membrorum concinnitas nulla videtur esse, turbatusque sententiarum ordo ab ipso oratore profectus putatur. Nihil horum ab errore alienum videtur. Sermonis enim Antiphontei æquabilitas membrorumque enunciationis inter se responsio apparet, si verborum ordo sic restituitur: *συγγνώμην ἔχειν μοι καὶ ἡγεῖσθαι τοῦτο μέν, ἐάν τι τῇ γλώσσῃ ἁμάρτω, ἀπειρίᾳ αὐτὸ μᾶλλον κτλ.* G. A. Hirschigio in Philolog. IX, 734 contortam orationem in librarios habenti vix est quod assentiaris.

14 § 6 *ἀνάγκη δὲ κινδυνεύοντα περὶ αὐτῷ καί πού τι καὶ ἐξαμαρτεῖν.* Valde mihi arridet Mætzneri opinio, ante *καί που* excidisse verbum aliquod. Legendum censet ille vir doctus *ἀνάγκη δὲ κινδυνεύοντα περὶ αὐτῷ ἐκπληχθῆναι καί πού τι καὶ ἐξαμαρτεῖν.* Cf. ea, quæ disputat in Commentar. p. 202 sq.

15 § 8 *τοῦτο ὑμᾶς διδάξω, οὐ τῷ φεύγειν ἂν τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον - - ἀλλ' ἵνα ᾖ τεκμήρια ὑμῖν - -. Οὐ τῷ φεύγειν* recte Mætzner p. 203 non quo defugiam convertit. Sed non tam causam dativus h. l. significat quam id, quo quis intendit, ad quod quis spectat (syftning). Hoc jam vidit Reiskius, qui sic interpretatur: "*οὐκ ἐπὶ τῷ φεύγειν* - - l. *οὐχ ὅπως φεύγοιμι.*" Huic *οὐ τῷ φεύγειν* respondet id, quod infra est, *ἀλλ' ἵνα ᾖ κτλ.* Similem significationem dativus habet apud Demosth. 6, 13; 5, 21 (quos locos Mætzn. laudat). Cf. quoque Andoc. III, 18, quem locum sic ego restituendum censeo: *νενικήκασι γὰρ τρὶς ἤδη μαχόμενοι τότε μὲν ἐν Κορίνθῳ πάντας πανδημεὶ τοὺς συμμάχους παρόντας, οὐχ ὑπολιπόντες πρόφασιν οὐδεμίαν ἀλλ' ἢ τῷ κρατιστεύειν μόνοι πάντων, αὖθις δ' ἐν Βοιωτοῖς* (ex conj. Saupp.), *ὅτ' αὐτῶν Ἀγησίλαος ἡγεῖτο, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὅτε τὴν [ἐν Κορίνθῳ] νίκην ἐποιήσαντο κτλ.* De *ἀλλ' ἢ τῷ* pro vulg. *ἀλλ' ἐν τῷ* jam vidit Luzacius ap. Sluiter. p. 138 *ἐν* in *ἢ* mutandum esse, sed in eo verum non vidit vir doctus, quod *τὸ* pro *τῷ* scribi postulabat. Ut *τὴν ἐν Κορίνθῳ* scribi vellem, movit me rerum factarum veritas, siquidem eosdem fere ad Corinthum contra Lacedæmonios pugnasse, quos ad Coroneam, testis est Xenophon Hellen. IV, 2, 16 sq. 3, 15 sqq. Nec me deterruit ea res, quod, si *ἐν Κορίνθῳ* scripsissem, timendum mihi esset, ne eorundem verborum iterationem Andocidi invito obtruderem. Quod longe secus est. In verborum enim iteratione multum esse Andocidem vel hi loci ostendent, or. III § 7

a) Maleficii delatus sum (*κακοῦργος ἐνδεδειγμένος*), non, quemadmodum oportebat, homicidii accusatus. Maleficum me non esse, accusatores ipsi testati sunt[16]. § 9.
b) Perhibent, cædem maleficium esse, id quod ego vel maxime concedo, sed leges de his rebus latas confuderunt[17]. Litem ære mihi æstimarunt. § 10.

καὶ - - *ἐξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ* - - *καὶ ταύτας ἐξαιρέτους εἶναι.* § 12 *νῦν μὲν οὐκ ἐπάναγκες* - - *τότε δ' ἐπάναγκες.* § 13 *τοίνυν* - - *τοίνυν.* § 19 *νενικήκασι* - - *μαχόμενοι* - - *ἐνίκων μαχόμενοι.* § 32 *νῦν οὖν* - - *καὶ νῦν* - - *τοὺς νῦν.* § 4 *ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ* - - *διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην.* or. II § 24 *ἐν τῇ γνώμῃ* - - *γνώμῃ.* § 10 *γνοὺς* - - *ἔγνων* - - *ἔγνων.* or. I § 26 *σωθέντι μὴ δοκεῖν κακῷ* - - *καὶ δοκεῖν ὑμῖν εἶναι μὴ κακός.* § 56 *οὔτε μετὰ κακίας* - - *οὐ μετὰ κακίας.* al.

16 § 9 *κακοῦργος ἐνδεδειγμένος φόνου δίκην φεύγω.* Ex hoc loco concludi possit, eum, qui cædem commiserit, cum alio facinore non conjunctam, in *κακούργων* numero non fuisse referendum, præsertim quum addat orator: *ὃ οὐδεὶς πώποτ' ἔπαθε τῶν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ.* Sic se res habere videtur. Accusator, quum per apagogen reo, ut *κακούργῳ*, diem dixisset, tamen apud judices (in ipsa apud judices oratione) de cæde tantum verba faciens ut in *φονέα* litem persecutus est. Causabatur enim, *τὸ ἀποκτείνειν μέγα κακούργημα* (§ 10) esse. Quare arbitrari licet, in libello accusatorio dictum esse, ideo ab Helo interfectum esse Herodem, ut interfectum rebus suis spoliaret. Qua causa *κακουργήματος* si cecidisset accusator, at spes erat, denuo *φόνου* accusari posse reum; quo facto id tantum ab accusatore contendi oportere, ab Helo interfectum esse Herodem. Hoc modo igitur duas de una causa fecerant accusationes. Cf. §§ 16. 85. Nec Reiskius p. 706, nec Mætzner p. 200 rem recte interpretatus videtur esse

17 § 10 *φασὶ δὲ αὖ τό τε ἀποκτείνειν μέγα κακούργημα εἶναι καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ μέγιστόν γε.* Vox *αὖ* h. l. non idonea videtur. Imo vero legendum fortasse est: *φασὶ δὲ αὐτοί τε τὸ ἀποκτείνειν κτλ.*, cui respondet *καὶ ἐγὼ κτλ.* In iis, quæ proxime antecedunt, adversariorum contentiones ad suam rem converterat orator; in his ea, quæ dixerunt illi, ita ad suam litem transfert, ut cum iis, quæ ipse probat et confirmat, ea comparet. Contra ea in § 16 verbis *ἑλὼν δ' αὖ* vera oppositio exprimitur.

— *ἐνταυθοῖ πεποιήκασι τὴν κρίσιν ἐν τῇ ἀγορᾷ.* G. A. Hirschigius in Philol. IX, 734 "dele — inquit — *ἐν τῇ ἀγορᾷ* quod gloss. est *τοῦ ἐνταυθί.*" At videndum est, ne *ἐν τῇ ἀγορᾷ* epexegesis sit vocis *ἐνταυθοῖ.* Similiter nomen cum præpositione conjunctum

c) In foro sub dio de me judicari oportebat, juratique accusatores contra me agere debuerunt. § 11—12.

d) Testibus non juratis fidem haberi volunt[18]. § 12 extr.

[2]) *a)* Mansurum me fuisse negant, nisi ἀπαγωγῇ in jus vocatus essem. Mihi detrahere voluerunt id, quod omnibus Græcis commune est[19]. § 13.

---

pro epexegesi præcedentis adverbii ponitur ap. Antiph. VI, 31 ἔτι πρὸς τούτοις. Andoc. I, 52 ἔτι δὲ ἐπὶ τούτοις. Id. l. l. § 2 δικαίως κατά τε τοὺς νόμους τοὺς ἡμετέρους καὶ τοὺς ὅρκους κτλ. Id. III, 27 κελεύουσι γὰρ ἡμᾶς κοινῇ μετὰ σφῶν καὶ μετὰ Κορινθίων πολεμεῖν. Hæc loquendi consuetudo jam inde ab Homero posteris propagata est. Cf. L. A. Aulin, De usu epexegesis in Hom. carm. Upsal. 1858. p. 15 sq. Cf. etiam Schæfer. Appar. Demosth. II, p. 747 ad p. 446. v. 23.

18 § 12 ἔπειτα κελεύεις τοὺς δικαστὰς ἀνωμότοις πιστεύσαντας τοῖς μαρτυροῦσι φόνου δίκην καταγνῶναι, οὓς σὺ αὐτὸς ἀπίστους κατέστησας παρελθὼν τοὺς κειμένους νόμους, καὶ εἴγε χρῆναι αὐτοῖς τὴν σὴν παρανομίαν κρείσσω γενέσθαι αὐτῶν τῶν νόμων. Sic codd. plurimi et Bekk., Dobs., Turicc., C. Mueller. Mætzner ex vulg. καὶ λέγων χρῆναι. Schcibeus in Act. Societ. Græc. edd. Westerm. et Funkhæn. Vol. II. p. 90 sq. "Ita scribendum videtur: καὶ εἰ κέχρησαι αὐτοῖς, aut servata particula γε, καὶ εἴγε κέχρησαι αὐτοῖς. Deinde verbi participium, quale ποιήσας aut διαπραξάμενος, alicubi excidisse videtur, ex quo infinitivus γενέσθαι aptus esset." P. R. Mueller in Philol. IX, 555: "am leichtesten corrigirt man wohl ἡγεῖ für εἴγε." Sauppius (ap. Turicc.) "fort. οἴει γε." In eandem emendationem incidit G. A. Hirschig. Philolog. IX, 735, præterquam quod dubitat, utrum γε abjiciendum an retinendum sit. Sed hæ mutationes omnes non idoneam sententiam reddere videntur. Primum ex v. ἔπειτα reliquaque sententia apparet post voc. νόμων signum interrogandi (;) poni debere. Idem desiderari quivis facile videt in § 27 κᾆτ' ἐγὼ συγχωρῶ τῷ τούτων λόγῳ, παρεχόμενος μὲν τοὺς μάρτυρας ὡς οὐκ ἐξέβην ἐκ τοῦ πλοίου; et Andoc. I, 139. Cf. Krueg. Gr. Gr. I, 69, 24, 2. Tum ex vv. καὶ εἴγε χρῆναι αὐτοῖς sic ea, quæ scripsit Antiphon, elicias fortasse, si scribi oportere conjeceris ὡς εἴ γ' ἐχρῆν αὐτοῖς. De ὡς et καὶ inter se commutari solitis cf. Bast. Commentat. Palæograph. p 781. Literas αι post ἐχρῆν verisimile est ex αυ in αὐτοῖς ortas esse. Vox λέγων ab interprete addita.

19 § 13 σὺ δὲ ὃ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι κοινόν ἐστιν ἰδίᾳ ζητεῖς ἐμὲ μόνον ἀποστερεῖν. Recte, ut mihi persuasum est, Bekk. et Turicc. ἐμέ pro vulg. με, quod Mætzner frustra defendit. Sed illud admi-

b) De legum præstantia[20]. § 14—15.

[3]) *Ἀπαγωγῇ* in me usi sunt adversarii, ut iterum me *φόνου δίκης* accusare possent[21]. § 16.

[4]) Vinctus sum, etsi vades dare volebam. § 17—18. *πρὸς εὐμένειαν*. Cf. Anax. p. 216, 1. *ἐλαττώσεις*. Cf. huj. or. § 19 in., Anaxim. 215, 21. 229, 16.

III. *Πρόθεσις*. § 19.

ἀπαγγελία 20—24.

I. Aenum navigandi consilium ab Helo ipso et Herode

---

randum videtur, quod, quum et Bekk. et Turicc. hoc loco *ἐμέ* scripserint, in simili loco Lys. VIII, 19 *με μόνον* pro *ἐμὲ μόνον* retinent.

20 § 14 *ὁ γὰρ χρόνος καὶ ἡ ἐμπειρία τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα ἐκδιδάσκει τοὺς ἀνθρώπους*. Reisk. in Ind. s. v. *ἐκδιδάσκειν*: "num *ἐκ* in hac compositione idem atque Latinum de valet, dedocet. conf. 141, 24" [= VI, 2]. Locum male intellexisse videtur vir ingeniosissimus. Ac *τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα* eadem intelliguntur esse, quæ ea, quæ supra insunt in vv. *περὶ τῶν αὐτῶν*, i. e. *τὰ ἁμαρτήματα*. Hoc fere dicit orator: Leges Atticæ et antiquissimæ sunt et eædem semper de iisdem delictis; id quod optimas eas esse significat; jam dudum enim cognita in illis sunt et notata omnia, quæcunque solent esse, peccata et delicta. Nam de his non nisi dies et plurimus rerum usus homines docent.

21 § 16 *ἔπειτα δὲ οὐχ ὡς πιστεύων τῷ πράγματι ἀναμφισβητήτως ἕνα τὸν ἀγῶνα περὶ τοῦ πράγματος ἐποιήσω, ἀλλὰ ἀμφισβήτησιν καὶ λόγον ὑπελίπου ὡς καὶ τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων*. Mætzner ad h. l. p. 210: "Judices, de quibus loquitur, sunt ii, qui tum sedebunt, quum reus in hac apagoge absolutus denuo per *γραφὴν φόνου* fuerit accusatus. *Τότε* enim ad futurum quoque tempus referunt. Verum aliquid absoni habent verba *ὡς καὶ τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων*, quandoquidem neque cum prægressis hæc arcte juncta esse videntur, neque cum sequentibus." Neque vero est in hac enunciatione, quod supplendo addere opus sit, et omnia bene inter se cohærent. Ex contrario inter se respondent *οὐχ ὡς πιστεύων τῷ πράγματι* et *ὡς καὶ τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων*. Non autem *τότε* de futuro tempore accipiendum est. Hoc fere dicit orationis scriptor: non ita crimen mihi intendisti, ut unam quandam certamque institueres actionem ostenderesque te tua ipsum causa confidere, sed dubitationem et prætextum tibi reservasti ostendistique te vel iis, quorum tum erat rem decernere, judicibus diffidere (velut vel iis - - - - diffisurus). *Τότε* de ea lite dicitur, quæ tum in eo erat, ut dijudicaretur, non de ea, quæ aliquando sub judice erat futura.

captum narratur[22]. *μαρτυρία* § 20.

II. Navem propter tempestates ad litus Methymnæum appellere coacti sunt. *μαρτυρία*[23]. § 21—22.

III. Viri potant. Potus Herodes abit, neque unquam redit, neque reperiri potest. *μαρτυρία.* § 23—24.

Antequam ad eam, quæ in hac oratione est, *βεβαίωσιν* veniamus, de narrandi ratione aliquid dicendum videtur. Tria narrationum genera esse, dicit Anaximenes p. 220, 7—22; 231, 8—11, unum, quum ea, quæ narrare opus est, ejusmodi sint, ut exordio admisceri possint; alterum, quum, quia plura sint ea, quæ narrando adumbrari oporteat, quam quæ uno quasi tenore exponi utile sit, alia aliis locis narrentur; tertium, si post exordium immutabili continuatione expositionem rerum faciamus. In hac oratione, quæ est de cæde Herodis, quamquam narratio in tres partes dividitur, quarum sua quamque sequuntur testimonia, tamen non nisi ad ultimum illud narrationum genus ab Anaximene commemoratum referri potest. Nam quominus in altero illo genere ponatur, impediunt ea, quæ Anaximenes hujus generis propria esse dicit p. 220, 10 *ὅταν δὲ λίαν ὦσιν αἱ πρᾶξεις πολλαὶ καὶ μὴ γνώριμοι, παρ᾽ ἕκαστον* (int. *πρᾶγμα*) *συναπτάς* (int. *ἀπαγγελίας* l. *αὐτάς.* cf. 220, 7.) *ποιήσομεν, καὶ δικαίας καὶ συμφερούσας καὶ καλὰς ἀποφανοῦμεν,* i. e. *δικαιολογία* quædam post ipsam rei factæ expositionem, antequam confirmatio incipiat, sequi debet. Ceterum de tertio illo genere præci-

22 § 20 *ἐν τῷ πλοίῳ πλέων ᾧ Ἡρώδης.* Aut *ἐν τῷ αὐτῷ πλ. πλ. ᾧ Ἡρ.* scribendum videtur aut, id quod suasit Reiskius, *ἐν τ. πλ. πλ. ᾧ καὶ Ἡρ.*

23 § 21 *οὗ τὸ πλοῖον ὥρμει τοῦτο εἰς ὃ μετεκβάντα φασὶν ἀποθανεῖν αὐτὸν τὸν Ἡρώδην.* Reiskius aut *αὐτὸν* in *οὗτον* mutari oportere dicit aut *τὸν Ἡρώδην* deleri. Assenserunt Dobreeus et Mætzner, qui hæc verba uncis inclusit. Turicc. (et Mueller) ita rem expedire sibi visi sunt, si post *αὐτόν* virgulam ponerent. Omnia integra videbuntur, si sic scripsisse putabitur Antiphon: - - *φασὶ αὐτὸν ἀποθανεῖν τὸν Ἡρώδην.* Cf. § 77 *αὐτῷ ἡμάρτηται τῷ ἐμῷ πατρί.* Andoc. III, 28 *ἐγὼ μὲν οὖν ἐκεῖνο δέδοικα μάλιστα, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸ εἰθισμένον κακὸν κτλ.*

pitur primum: τὴν ἀπαγγελίαν -- ἐπὶ τῷ φροοιμίῳ δεῖ σωματοειδῆ τάττειν, deinde: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὸ τέλος διέλθωμεν, μηδὲν ἄλλο συμπεριλαμβάνοντες. Quare etsi non tam enucleate de his rebus disputat Anaximenes, ut de iis dubitari nequeat, tamen jure videmur nobis arbitrari, Anaximeneum narrationis genus illud alterum non prorsus diversum esse ab eo, quod Cornificius ad Herenn. I, 8, 12 dicit esse genus narrationis, quod intercurrat non numquam fidei aut criminationis aut transitionis aut alicujus adparitionis causa, quod Kayser ad l. l. p. 223 docet ab Anonymo Seguer. p. 435. 19; 25 παραδιήγησιν appellari. Cf. l. l. v. 17 sq. αἳ δὲ παρεμπίπτουσι πίστεως ἕνεκεν ἢ διαβολῆς ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου. Hujusmodi narrationis genus quoddam quum in Antiphontea VI (cf. § 34—40) invenitur tum in Andocidis ea, quæ de mysteriis inscribitur, oratione. Sed ad orationem, de qua mentio est, revertamur. Post ἀπαγγελίαν sequitur

βεβαίωσις (τῶν κατηγορουμ. λύσ.) § 25—84.

I. ἐκ τῶν γενομένων τὰ εἰκότα (propositio). Ex factis quid collegerint accusatores — § 25—29 —
   1) terra, non mari periisse virum (ὡς ἐν τῇ γῇ ἀπέθανεν ὁ ἀνήρ) [24] — § 26—27 —;
   2) in mare demissum summersumque eum aqua esse — § 28 —; μαρτυρία —
   3) in ipsa nave necatum esse, quod ex sanguine in nave reperto concludunt. § 29. σημεῖον.

II. Ex βασάνῳ quid collectum sit. § 29—51.
   A. Quid dixerint testes: unus (liber) obstinate negavit, a me occisum esse hominem, alter (servus) olim me testimonio suo condemnavit. § 29—30. — μαρτυρία. —

24 § 27 κἆτ' ἐγὼ συγχωρῶ τῷ τούτων λόγῳ, παρεχόμενος μὲν τοὺς μάρτυρας ὡς οὐκ ἐξέβην ἐκ τοῦ πλοίου; Necesse est signum interrogationis poni post πλοίου: cf. not. 18 ad § 12. Συγχωρῶ conjunctivi modi est. Cf. Eurip. Iph. Aul. 384 εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς;

B. Ipsa *βάσανος* servi qualis fuerit — § 31—41 —

[1]) Servus quid dixerit —

a) Spe deceptum eum ad me testimonio suo condemnandum ab illis coactum esse verisimile[25] est[26] — §31—32.

b) spe frustratus me absolvit — § 33 —

c) nihilo tamen minus eum illi necarunt[27] — § 34—35 — [*μαρτυρία*].

[2]) Quid ex servi testimonio colligi possit —

a) non necari debuisse servum — § 36 —

b) posteriori quam priori testimonio majorem fidem esse habendam — § 36—37 —

c) ex ejus testimonio a me, non ab illis argumenta et indicia stare — § 38 — *τεκμήριον*.

[3]) *a)* Falso dixerunt, servum confessum esse, se adjutorem mihi fuisse ad Herodem interficiendum — § 39 —

b) quid vere dixerit — § 39 —

c) qua re coactus hoc dixerit — § 40—41.

[4]) Alterius (liberi) hominis testimonium. Is me semper liberavit. § 42.

[5]) Probabilia mecum faciunt

a) adversus [3]) *a)*. § 43—44 — (*ἐνθύμημα*) —

---

25 § 32. Ex Anaxim. 200, 3 sq. concludere aliquis possit, in § 32 *ἔλεγχον* esse.

26 *ἐν τούτοις γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἡ ὠφέλεια, ἄλλως τε κἂν μὴ παρόντες τυγχάνωσιν ὧν ἂν καταψεύδωνται. τούτοις αὐτοῖς* i. e. "*ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς βασάνου*" (Mætzn.). Saupp. *ἐν τούτῳ* mavult. Non recte. Si *τούτῳ* legerimus, otiosa fere erit tota hæc enunciatio *ἄλλως τε κἂν κτλ. Αὐτοῖς* i. q. s o l i s.

27 § 34 *διαπειραθέντα δ' αὐτὸν τὰ ψευδῆ λέγειν, ὕστερον δὲ τἀληθῆ λέγοντα οὐδέτερα ὠφέλησαν. ο ὐ δ έ τ ε ρ α* i. e. *οὔτε τὸ διαπειραθῆναι τὰ ψευδῆ λέγειν οὔτε ὕστερον τἀληθῆ λέγειν*, quæ subjecta latent in prægressis participiis. Similiter § 93 *τῷ δὲ ξυνειδότι τοῦτο αὐτὸ* (= *τὸ ξυνειδέναι*) *πρῶτον πολέμιόν ἐστιν.*

— *οὗτοι δὲ θάνατον τῷ μηνυτῇ τὴν δωρεὰν ἀπέδοσαν, ἀπαγορευόντων τῶν φίλων τῶν ἐμῶν μὴ ἀποκτείνειν τὸν ἄνδρα π ρ ὶ ν ἂν ἐ γ ὼ ἔ λ θ ο ι μ ι.* Sine dubio *ἄν* post *πρὶν* cum optativo conjunctum vel invito Breitenbachio ad Xen. Hellen. II, 3, 48 expungendum est. Cf. Lud. Dindorf. ad l. l. et ad Xen. Anab. 1, 3, 17 (ed. Berol. 1847). Guil. Dindorf. in Steph. Thes. VI, p. 1601. B.

b) adversus [3]) *b)*. § 45 [28] — (*σημεῖον*) —
c) adversus [1]) *c)*. § 46—48 [29].

C. *ἐκ τοῖν λόγοιν τοῖν ἀνδροῖν ἑκατέροιν τοῖν βασανισθέντοιν τὸ δίκαιον καὶ τὸ εἰκός.*

a) Ingenuus servo dignior est, cui fides habeatur [30]. § 49—50.

b) testimonia utrique et accusatori et reo pariter astipulantur [31]. § 51.

---

28 § 45 *ἃ οὐδὲ μεθ' ἡμέραν τις οἷός τ' ἐγένετο.* Dobreeus *ἐγένετ' ἄν.* Baiter *ἡμέραν ἄν.* Supervacaneum. Cf. § 54. 92. VI, 30. Krueg. Gr. Gr. 1, 54, 14, 3.

29 § 46 *τὸν μηνυτὴν ἀπέκτειναν καὶ διετείναντο αὐτὸν μὴ εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς* - - Harpocrat. s. v. *διετείναντο· "ἀντὶ τοῦ διὰ συντόνου σπουδῆς ἀπηρνήσαντο."* Apertum est, hanc interpretationem in hunc locum non congruere. Conjiciat aliquis fortasse pro *ἀπηρνήσαντο* scribi oportere *ἀπήραντο*. Atque hic ipse verborum ordo *διετείναντο αὐτὸν μὴ εἰσελθεῖν* suadet, ut *αὐτὸν* pro objecto verbi *διετείναντο* habeas. Sententia hæc fere est: indicem necarunt et in eo enisi sunt, ut ne ad vos veniret, i. e. eumque prohibuerunt ad vos venire.

30 § 49 *ὁ μὲν γὰρ δοῦλος δύο λόγω ἔλεγε· τοτὲ μὲν ἔφη με εἰργάσθαι τὸ ἔργον, τοτὲ δὲ οὐκ ἔφη.* Recte, ut opinor, Reisk. post *τοτὲ μὲν* excidisse putat particulam *γάρ*. Idem observari oportere vidit Mætzner § 79 *γέρων μὲν γὰρ* - -, uterque vir doctus *γάρ* desiderat IV, *β*, 7; *δ*, 6. II, *γ*, 6. ubi cf. ea, quæ in annot. crit. dixit Mætzner. Solet enim Antiphon post propositam aliquam sententiam causam sæpe ejus, quod proposuit, per *γάρ* particulam afferre. Quod ubivis apud Antiph. exemplis probari potest. Or. I § 1 post *δεινῶς δὲ καὶ ἀπόρως ἔχει μοι περὶ τοῦ πράγματος* in § 2 *ἢ γὰρ τύχῃ κτλ.*, l. l. post *νῦν δὲ τούτων τἀναντία γεγένηται* sequitur *αὐτοὶ γὰρ οὗτοι κτλ.*, § 3 post *καὶ ἅμα ἐμοὶ μόνῳ ἀπολελειμένῳ βοηθῆσαι* in § 4 *ὑμεῖς γὰρ κτλ.*, cet.

31 § 51 *ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τῶν λόγων τῶν τοῦ ἀνθρώπου μερὶς ἑκατέρῳ ἴση ἐστί, τούτοις μὲν τὸ φάσκειν, ἐμοὶ δὲ τὸ μὴ φάσκειν, ἔκ τε ἀμφοῖν τοῖν ἀνδροῖν τοῖν βασανισθέντοιν· ὁ μὲν γὰρ ἔφησεν, ὁ δὲ διὰ τέλους ἔξαρνος ἦν.* Vereor, ut hoc modo dixerit orator. Scribendum videtur: - - *ἑκατέρῳ ἴση ἐστί· τούτοις μὲν γὰρ τὸ φάσκειν, ἐμοὶ δὲ τὸ μὴ φάσκειν· ἔκ τε κτλ.* Ceterum cf. ad annot. prox. (30) et ad II, *β*, 4, annot. 90. Nemo facile audaciæ assentiatur Hirschigii Philolog. IX, 737 hæc omnia *ἔκ τε ἀμφοῖν* - - - *ἔξαρνος ἦν* delenda censentis. Illud dicere voluisse videtur Antiphon, testimonia utrique

c) παλιλλογία. § 52. —

III. Literas a me Lycino scriptas in nave repertas esse, perhibent. § 53—56.

a) Incredibile est, a me literas scriptas esse, quia non opus erat scribi — § 53—54. — (εἰκός).

b) literæ et testimonia inter se discrepant. — § 54—56. — μαρτυρία. — (ἐνθύμημα. σημεῖον).

IV. Quibus tandem causis commotus hominem necavi? sponte, ut ajunt isti? an timore? an pecuniæ colligendæ causa? § 57—59.

V. Defenditur Lycinus. § 60—63. τεκμήριον. μαρτυρία. εἰκός.

VI. [32] Ab accusatoribus iterum ac sæpius inculcatum est, hominem reperiri non posse. § 64—73.

[1]) Ego, qui facinus non admisi, dicere nequeo, quo abierit vir. Sæpe non reperiuntur nec interfectores nec interfecti, sæpe sero [33]. § 60—67. — ἔθος —

---

et accusatori et reo pariter astipulari. Sive ex unius hominis, i. e. servi, duobus inter se discrepantibus testimoniis res judicetur, sive quid unus et alter in universum dixerint, spectetur, illud cerni. Servi enim primum negantis, post autem ajentis, testimonia alterum alteri pariter et dissidere et convenire. Tum vero siquidem ingenuus homo semper negaverit, ab ipso interfectum esse virum, servus autem affirmaverit, utrumque testem alterum alteri pariter et astipulari et repugnare. Si igitur pariter a reo et accusatore stent testium indicia, moris esse, ut alter absolvatur, alter causa cadat. — Hinc apparet, servi mentionem huic argumentationi abesse non potuisse. Hirschigius quod præterea l. l. de τοῦ ἀνθρώπου in τοῦ ἑτέρου ἀνθρώπου mutando loquitur cll. § 42 ἔπειτα δ' ὁ ἕτερος ἄνθρωπος κτλ., perperam verba facit. H. l. enim ὁ ἄνθρωπος servus intelligitur, in § 42 ὁ ἕτερος ἄνθρωπος ingenuus. Quod in iis, quæ sequuntur, idem vir doctus ante τοῦ φεύγοντος excidisse putat præpositionem πρός, probabiliter disputat.

32 Inde a § 64 verisimile est τὰς προκαταλήψεις τὰς ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰρημένας incipere.

33 § 66 ἐν τούτῳ οὖν ἀναίτιός εἰμι, οὐκ ἐὰν μὴ ἐξεύρω ὅτῳ τρόπῳ ἀφανής ἐστιν ἢ ἀπόλωλεν ἀνήρ, ἀλλ' εἰ κτλ. Particulam μή post ἐάν collocatam recte defendere videtur Mætzner p. 230 sq. Quod vero uncis includit delerique vult verba ἢ ἀπόλωλεν, non con-

2) Simile quid Ephialtæ accidit, et puero cuidam domini sui interfectori, et Sosiæ uni ex Hellenotamiis. § 68—70. — παραδείγματα. —

3) Quare differendum judicium, dum aperta sit res. § 71—73.

VII. Pater defenditur § 74—80.

Hæc patris defensio ita exacta videtur esse ad artem et præcepta, ut, quamvis sit pars totius orationis, tamen, si per se consideretur, in se ipsa tota et integra quædam sit inque partes ipsa disposita. Quæ quamquam ex Anaximenis præceptis ἐξέτασις non diserte dici potest, ἐξετάσει tamen non dissimilis est.

1. προοίμιον. § 74—75. πρόθεσις. πρὸς εὔνοιαν. ἐπὶ τὸ προσέχειν. Cf. Anax. p. 230, 19 sqq.

2. βεβαίωσις (ἐξέτασις) ἐκ δυνατοῦ καὶ δικαίου. Ea, quæ sunt narrationis, confirmationi admixta sunt. § 76—78 [34].

3. ἐπίλογος. ἀνάμνησις. εὖ, κακῶς διαθεῖναι. προαίρεσις. § 79—80.

VIII. τὰ ἀπὸ τῶν θεῶν σημεῖα γενόμενα. § 81—84.

1) Incolumis profectus sum [35]. § 81—83. — μαρτυρία —

---

siderate agit, quæ verba si retinentur, non inde propter vv. ἀφανής ἐστιν effici ejusdem vocabuli iterationem, quivis facile perspicit. Aliud enim est, hominem non apparere, aliud, eum interiisse.

34 § 76 οὔτε γὰρ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν εὐρόπως εἶχεν αὐτῷ· ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα ἃ εἴχετο αὐτοῦ, οἵ τε παῖδες καὶ τὰ χρήματα. Mætzner p. 235 de vv. ἃ εἴχετο αὐτοῦ: "satis enim multa erant pignora, quæ ibi — αὐτοῦ Mytilenis — tenebantur." Imo vero: satis enim multa pignora eum (αὐτοῦ) firme tenebant (εἴχετο). Nam ἔχεσθαί τινος, aliquid firme tenere, usitatissimum apud Atticos. Plat. Phæd. 100. D 101. D. al. Bakeus Schol. Hypomn. I, 214 fallitur, quum dicit a Bekkero retentum esse Reiskianum illud εἴχετε. Contra ea in ed. Bekk. εἴχετο legitur.

35 § 81 τοῦτο μὲν τὰ εἰς τοὺς κινδύνους ἥκοντα τοῦτο δὲ εἰς τὰ ἔξω τῶν κινδύνων. Bekker posteriorem præpositionem εἰς, ut male repetitam, seclusit eumque sequitur Mætzner. Turicc. et Car. Mueller retinent εἰς. Ac possit forsitan hæc vox retineri, quam sic explicari oportet, ut τοῦτο δὲ εἰς τὰ pro τοῦτο δὲ τὰ εἰς τὰ positum dicatur. Cf. Krueg. Gr. Gr. I, 58, 3, 1.

²) quod si non ita fuisset, hoc pro argumento in me uterentur. § 84. τεκμήριον. ἐνθυμηματώδης τελευτή, ut sæpe in iis, quæ supra sunt.

ἐπίλογος. § 85—96.

I. *a)* Ex legibus non reus ejus culpæ sum, cujus me isti accusarunt. § 85[36]—86.

b) Ex lege causa agenda, ex justo quæstio instituenda [37]. § 86—88.

c) Quare quum non rite causa instituta sit, ego nunc liberari debeo, alio tempore, si oportet, accusationi

---

36 § 85 extr. ἐν τῷδε τῷ λόγῳ. Pro λόγῳ Mætzner conj. χρόνῳ aut ἀγῶνι. Neutrum rectum. Cf. Mitchell. Ind. in Orr. Att. p. 519, h].

37 § 86 sq. In § 86 pro κατὰ μέντοι τὸ δίκαιον Saupp. (ap. Turicc.) legi mavult κατὰ μέντοι τούτους τὸ δίκαιον, quæ num vera emendatio sit, vehementer dubito. Locus paulo difficilior hanc fere explicandi rationem requirere videtur:

1) ἠξίουν μὲν γὰρ ἔγωγε περὶ τῶν τοιούτων, ὦ ἄνδρες, εἶναι τὴν δίκην κατὰ τοὺς νόμους,

2) κατὰ μέντοι τὸ δίκαιον ὡς πλειστάκις ἐξελέγχεσθαι· τοσούτῳ γὰρ ἄμεινον ἂν ἐγιγνώσκετο.

Apparet, hanc sententiam in duas abire partes. Harum utraque in iis, quæ sequuntur, uberius explicatur hoc modo:

2) οἱ γὰρ πολλοὶ ἀγῶνες τῇ μὲν ἀληθείᾳ σύμμαχοί εἰσι, τῇ δὲ διαβολῇ πολεμιώτατοι·

1) (§ 87) φόνου γὰρ δίκη καὶ μὴ ὀρθῶς γνωσθεῖσα ἰσχυρότερον τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐστιν.

1) ἀνάγκη γάρ, ἐὰν ὑμεῖς μου καταψηφίσησθε, καὶ μὴ ὄντα φονέα μηδ' ἔνοχον τῷ ἔργῳ, χρῆσθαι τῇ δίκῃ καὶ τῷ νόμῳ· καὶ οὐδεὶς ἂν τολμήσειεν οὔτε τὴν δίκην τὴν δεδικασμένην παραβαίνειν, πιστεύσας αὑτῷ ὅτι οὐκ ἔνοχός ἐστιν, οὔτε ξυνειδὼς αὑτῷ τοσοῦτον ἔργον εἰργασμένῳ μὴ οὐ χρῆσθαι τῷ νόμῳ·

2) ἀνάγκη δὲ τῆς δίκης νικᾶσθαι παρὰ τὸ ἀληθὲς αὐτοῦ τε τοῦ ἀληθοῦς, ἄλλως τε καὶ ἐὰν μὴ ᾖ ὁ τιμωρήσων.

Hæc quum sit sententiarum series inter seque nexus, in promptu est suspicio, ab Antiphonte sic scriptum esse: - - οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ ἀγῶνες - - φόνου δὲ δίκη καὶ μὴ ὀρθῶς - - - - ἀνάγκη μὲν γάρ, ἐὰν κτλ. Ceterum eorum, quæ or. VI § 3 sqq. ex hoc loco repetiit orator, ratio non ita comparata est, ut eorum, quæ h. l. leguntur. Illa enim (VI, 3) ad id tantum referri possunt, in quo monstratur, δεῖν εἶναι τὴν δίκην κατὰ τοὺς νόμους.

obnoxius futurus. § 89—90. ἀνάμνησις.

II. [1]) *a)* Melius est ex errore liberare reum aliquem quam injuria condemnare — errori corrigendo remedium invenitur, adversus causam judicatam remedium nullum est — quare in aliam causam differenda res est. § 91 [38] & 94 τοῦτο μὲν γάρ ἐμοὶ - - - κριταὶ τῶν ἀληθῶν.

b) Error non voluntarius condonandus, voluntarius non item. Quare ne me condemnetis. Neque enim Athenas venissem, nisi mihi conscius essem, me insontem culpæ esse. § 92—93 [39]. εὖ διαθέσθαι.

[2]) Quod me in jus vocarunt, non admirandum est. Si enim celeriter calumniando me oppresserint, omnem in se vindictam sublatum iri credunt — quid prodest enim mortuum ulcisci? § 94 [40] τὸ δὲ τοὺς κατηγόρους - - τὰ μὴ δίκαια. § 95. κακῶς διαθεῖναι.

III. προαίρεσις. § 96.

De Oratione VI., quæ est de chorago.

Civis Atticus, cui Thargeliis munus choragi injun-

---

38 Rerum sententiarumque ordo in extrema oratione, qualis in editionibus exstat, turbatus videtur. Qui ita restitui poterit, si post ea, quæ in § 91 sunt, sequi jubentur hæc, quæ in § 94 nunc leguntur: τοῦτο μὲν γάρ ἐμοὶ πειθομένοις ὑμῖν - - - γνωρισταὶ γίγνεσθε τῆς δίκης, τότε δὲ δικασταί· νῦν μὲν δοξασταὶ τῶν μαρτύρων (sic enim cum Sauppio legendum), τότε δὲ κριταὶ τῶν ἀληθῶν.

39 § 93 ἔτι γάρ καὶ τοῦ σώματος ἰσχύοντος ἡ ψυχὴ προαπολείπει ἡγουμένη τὴν τιμωρίαν οἱ ἥκειν ταύτην τῶν ἀσεβημάτων. Vocem τὴν abesse et Sauppius mavult et Mætzner. Sed ferri et potest et debet. Ταύτην prædicati instar est, τὴν τιμωρίαν subjecti. In vv. τοῦ σώματος ἰσχύοντος ἡ ψυχὴ προαπολείπει quædam ante occupando adumbrata significatio inest ejus, quod postea diserte dicitur τιμωρία. Cf. § 47 τὸν θάνατον, § 34 τὴν δωρεάν, Andoc. I, 22 τῶν παρανόμων, Id. l. l. § 10 τὴν ἀπολογίαν. Vid. Krueg. Gr. Gr. I, 50, 2, 2 et 6.

40 § 94 τὸ δὲ τοὺς κατηγόρους διαβάλλειν οὐδέν ἐστι θαυμαστόν. τούτων γάρ ἔργον τοῦτο, ὑμῶν δὲ τὸ μὴ πείθεσθαι τὰ μὴ δίκαια. Conjecerit forsitan quispiam τούτων μὲν γάρ κτλ. propter ὑμῶν δέ. Quamquam pluries apud Antiph. in priore membro enunciationis μέν particula, ubi poni poterat, omittitur, ut h. or. § 7 ὅταν δέ, § 13 σὺ δέ, § 69 νῦν δέ, § 71 τοὺς δέ, § 77 τοῖς δ' ἄλλοις, or. V § 8 τοῖς δέ, § 15 ἕτερον δέ τινα, al.

ctum erat, eos, qui chorus erant, pueros domi suæ alebat et instituebat. Ubi quum ex choro puer quidam, nomine Diodotus, veneno hausto mortuus esset, frater pueri et propinqui ejus Choragum *βουλεύσεως* accusarunt, quod puerum veneno absumendum curasset. Partes hujus orationis sunt

Προοίμιον. § 1—10.

I. [1]) *a)* Periculosum est temporibus implicari, etiamsi quis sibi conscius sit, nihil facinoris a se commissum esse. § 1.

b) De legum præstantia. § 2.

[2]) Gravissimum est diligenter de re quærere [41]. § 3—6. *ἐπὶ τὸ προσέχειν.*

II. Non civitatis utilitatem spectantes actionem instituerunt accusatores, sed sui emolumenti causa [42]. § 7—10. *πρὸς εὔνοιαν. κακολογία* (§ 7). — *πρόθεσις* (§ 8). *προκατάληψις* (§ 9—10).

ἀπαγγελία. § 11—13.

Quomodo chorum comparaverit, exercuerit, aluerit reus, narratur.

βεβαίωσις (*τῶν κατηγορουμ. λύσ.*) § 14—51.

I. [1]) *a)* Verum a me dictum esse, nec accusatores negare poterunt, et ii, qui circumstant, probe sciunt. § 14.

b) Nec imperavi puero, ut venenum biberet, nec coëgi, nec dedi bibere, nec bibendo adfui. § 15. — *μαρτυρία.*

[2]) Sed illi tamen jurati dixerunt, a me puerum dolo malo interfectum esse [43]. § 16—17.

---

41 § 4 *ὥστε καὶ ἄν τις κτείνῃ τινὰ ὧν αὐτὸς κρατεῖ καὶ μὴ ἔστιν ὁ τιμωρήσων. Καὶ ἔστιν* non tolerari potest post *ἂν κτείνῃ*, quare aut Baitero assentiendum est conjectura assecuto *κεἰ μὴ ἔστιν*, aut scribendum *κἂν μήτις ᾖ.* (*ΕCTIN = HITIC*).

42 § 8 *ἔπειτα περὶ τῶν ἄλλων ὧν οὗτοι κατηγοροῦσιν, ἐὰν ὑμῖν ἡδομένοις* [*ᾖ*], *βουλήσομαι ἀπολογήσασθαι.* Sic Bekk., Dobs., Reisk., Mætzner. Codd. N A B Z M v. *ᾖ* omittunt, similiterque Turicc. cll. V, 32; 91. Recte. Cf. Antiph. V, 88. VI, 4; 6. Andoc. I, 134. II, 10. et Mætzner. Commentar. p. 216 sq.

43 § 16 *διωμόσαντο δὲ οὗτοι μὲν ἀποκτεῖναί με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον, ἐγὼ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι, μήτε χειρὶ ἀράμε-*

3) *a)* Res aperta est; quare non anxie ex quovis signo conjecturam facere opus est[44]. § 18.

b) Sed accusatores dixerunt quoque (cf. § 38—39), me non de industria puerum interfecisse; quare se ipsi refellerunt[45]. § 19. *ἐνθύμημα.*

II. Quomodo se in me gesserint accusatores. § 20. (20—32).

1) *a)* Philocrates eodem die, quo puer sepeliebatur, in Thesmothetarum collegio me indicavit; ego vero eum refelli[46] — § 20—22 —;

b) quos ipse vellet, testes citandi copiam accusatori feci[47] — § 23 —

νος μήτε βουλεύσας. J. Scholefield. in annot. ad Dobr. advers. I. p. 173 "esse possit *μήτε χειρὶ (ἀποκτεῖναι) ἀράμενος (αὐτήν).*" Dobreeus l. l. primum *χεῖρα ἀράμενος*, quod tamen quum ipse repudiasset, legi postea jussit *χειρὶ ἐργασάμενος* cll. Andoc. I, 95. Idem conj. Valckenær. ad Herod. VI, 56. Nihil horum opus esse videtur: *χειρὶ ἀράμενος* i. e. manu mea sublatum eum esse. Cf. Aristoph. Ach. 565 *ἀρθήσει*, tolleris (e medio).

44 § 18 - - *καὶ θηρεύειν καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα. Καὶ ἐπὶ σμικρόν* est vel in minimis, ut *ὑπονοεῖν* ex *θηρεύειν* pendeat.

45 § 19 *ὅπου δὲ πρῶτον μὲν κτλ.* Mætzner p. 260 ad h. l. "Carent hæc apodosi, quam ipse orator omisisse possit videri, enunciationum deinceps positarum serie properantem fallente." Quod si verba *ἐξ ὧνπερ* ex *ἐκ τούτων* depravata esse, putare licet, quum hoc pro illo legeris, omnia in hac enunciatione inter se apta et accommodata erunt.

46 § 21 *ἐπειδὴ δὲ οὗτος ταῦτ' ἔλεγεν, ἀναβὰς ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς ἔλεξα ὅτι τὸν μὲν νόμον οὐ δίκαιον οὐ προκαθισταίη Φιλοκράτης κατηγορῶν καὶ διαβάλλων εἰς τὸ δικαστήριον κτλ.* Sic Mætzner ex Cod. N. Alii alias hujus loci manifesto mendo depravati emendationes protulerunt necdum id, quod ab ipso Antiphonte profectum est, assecuti videntur esse. Hanc fere sententiam desiderarim: - - *ὅτι τὸν μὲν νόμον οὐ τοῦ δικαίου οὐδὲ τοῦ ἀληθοῦς ἕνεκα προκαθισταίη κτλ.* Hoc requiri mihi videtur quum propter *κατηγορῶν* (= *δικαίου*) *καὶ διαβάλλων* (= *ἀληθοῦς*) tum propter ea, quæ infra sunt *αἰτιῷτο* (*δικαίου*) *καὶ διαβάλλοι* (*ἀληθοῦς*). Cf. § 32.

47 § 23 - - *προὐκαλούμην αὐτὸν εὐθὺς τότε καὶ αὖθις τῇ ὑστεραίᾳ ἐν τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς, καὶ ἰέναι ἐκέλευον λαβόντα μάρτυρας ὁπόσους βούλοιτο ἐπὶ τοὺς παραγενομένους, λέγων αὐτῷ* (dativ. comm.)

c) sed recusavit ille — § 24 —

d) Quamquam maximi momenti sunt argumenta ex testimoniis sumpta. § 25. — cf. Anax. 200, 4. 202, 29. Antiph. V, 32 — ἔθος —

[2]) *a)* Quare quod potui, feci. Quod si illi in mea conditione fuissent, aliter se rem habere ipsi dicerent — § 26—27 —

b) si in me testes dixissent, aliter se res habere diceretur. § 28—30. — τεκμήρια —

c) Quare se ipsi condemnarunt, me absolverunt[48]. § 31—32. παλιλλογία. ἐρώτησις. —

III. Perjure egerunt accusatores. — ἐξέτασις. cf. Anaxim. 191, 1 sqq. — § 33—51.

[1]) πρόθεσις — § 33.

[2]) *α)* *a)* Primo et secundo die post pueri mortem mecum erant isti. Tertio die nomen meum deferunt, non sua sponte illi quidem sed donis perducti. § 34.

b) Aristio, Philinus, Ampelinus, subscriba thesmothetarum in eo erant, ut a me de repetundis accusarentur. Illi, ne ipsi poenam darent, Philocratem ejusque propinquos perduxerunt, ut me accusarent. § 35—36.

c) Protinus die postquam sepultus est puer, parati erant me accusare; sed a rege (archonte) prohibiti erant accusare propter temporis per suum magistratum angustias[49]. § 37—38.

ὀνόματι (dat. instrum.) ἕκαστον, τούτους ἐρωτᾶν κτλ. Credibile non est, Antiphontem ita scripsisse, quod vidit Sauppius, quum καὶ τούτους ἐρωτᾶν conjecerit legendum, nisi forte sic restitui putabitur membrorum enunciationis inter se compositio et convenientia: - - δικασταῖς, ἰέναι κελεύων λαβόντα κτλ.

48 § 32 ὅπου γὰρ ἐμοῦ ἐθέλοντος ἐλέγχεσθαι περὶ ὧν ᾐτιῶντο οὗτοι μὴ ἔθελον ἐλέγχειν, ἠδίκουν, καὶ ἐμὲ μὲν δήπου ἀπέλυον, αὐτοὶ δὲ κατὰ σφῶν αὐτῶν μάρτυρες ἐγένοντο ὅτι οὐδὲν δίκαιον οὐδ᾽ ἀληθὲς ᾐτιῶντο. Reiskius "post ἠδίκουν — inquit — videtur καὶ ἐμὲ καὶ ἑαυτοὺς deesse." Dobreeus Advers. I, 174 v. ἠδίκουν corruptum esse putat. Recte mea quidem sententia. Suspicor pro ἠδίκουν legendum esse ἐφυγοδίκουν. Cf. § 47 ἃ αὐτοὶ ἔργῳ ἀπεδίκασαν, ταῦθ᾽ ὑμᾶς κελεύουσι καταδικάσαι,

49 § 37 καὶ οὗτοι τότε μὲν πρόθυμοι ἦσαν ἀπογράφεσθαί με

d) Tum mecum in gratiam redierunt. § 39—40[50].

Ut § 34—40 narrationis speciem præ se ferunt, ita § 41—50 confirmationis. Usurpantur enim argumenta *ἐκ νομίμου, ἐκ σημείου, ἐκ τεκμηρίου, ἐξ εἰκότος.*

β) a) Regem injuria reprehendunt. § 41—43.

b) Me diu post initum ab excipiente rege magistratum, quamvis licuerit, non accusarunt[51]. § 43—45.

εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ὁ παῖς ἐθάπτετο. Codd. et Edd. *ᾗ*. De hoc loco Bastius Præf. ad Epist. crit. p. VII (ed. Schæf.), Stallbaum. ad Plat. Sympos. 173. A (ed. 3), Baiter ad h. l. et ad Lys. XIX, 22 dubitant, an legendum sit *ἢ ᾗ*. Ac Scheibeus in ed. I. oration. Lysiacar. l. l. *ἢ ᾗ* recepit. Mætzner ad h. l. (p. 267) *ἢ* particula opus esse negat; nihilo tamen minus sic explicat: *τῇ ὑστεραίᾳ ταύτης τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ὁ παῖς ἐθάπτετο.* (Aliter *τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ* accipiendum est § 34). At rectius scribitur *τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ὁ παῖς ἐθάπτετο.* Similiter Scheibeus in altera demum editione Lys. or. XIX, 22. Ac de hac scribendi ratione cogitat Stallbaum. quoque ad Plat. Symp. l. l., quo ipso in loco ex auctoritate plurimorum codd. legendum videtur *τῇ ὑστεραίᾳ ἢ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν.* Cf. enim præter eos locos, quos l. l. attulit Stallb., Lys. XIX, 52 *ἐλάττω γὰρ οὐσίαν κατέλιπε τοῖς παισὶν ἢ αὐτὸς παρὰ τῶν ἐπιτροπευσάντων παρέλαβεν.* Hyperid. Euxen. Col. 19. *εἰσαγγέλλονται ὡς πλέονος μισθοῦντες τὰς αὐλητρίδας ἢ ὁ νόμος κελεύει,* ubi Cobetus Mnemos. II. p. 320 frustra *ἢ ὅσον ὁ νόμος κελεύει* ponere vult. Cf. Schneidewin. in Philol. VIII. p. 343. In loco Demosth. adv. Macart. or. 43 § 62 legendum videtur *τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται,* ubi *ἢ ἂν* græcum non esset (cf. Buttman. ad Demosth. Mid. not. 99. p. 76), *ἢ ᾗ ἂν* repugnantibus libris MSS supervacaneum esset. Nimirum in sententia, ubi de re universa agatur, vel *ᾗ ἂν* scripturam prave interpretandi copia vix erit.

50 § 40 - - *οὓς ἑώρα μοι τῇ προτέρᾳ συνόντας καὶ διαλεγομένους.* Post hæc verba Sauppio videtur deesse *ΜΑΡΤΥΡΕΣ* cll. § 15 et V, 61. At repugnat id, quod infra dicitur, *ταῦτα γὰρ οὐ μόνον μάρτυσιν ὑμῖν ἀποδείξω κτλ.* Concedam, deesse potius ejusmodi titulum § 43 post vv. *εἰς τὰς εὐθύνας.* Cf. V, 61.

51 § 45 - - *καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται, ὧν κἀγὼ εἷς ἦν ὁ ταὐτὰ πράττων καὶ εἰς τἆλλα ἱερὰ πάντα εἰσιὼν μετὰ τῆς βουλῆς καὶ θύων καὶ εὐχόμενος ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ πρὸς τούτοις πρυτανεύσας τὴν πρώτην πρυτανείαν ἅπασαν πλὴν δυοῖν ἡμέραιν καὶ ἱεροποιῶν καὶ θύων ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας, καὶ ἐπιψηφίζων κτλ.* Ex illa participiorum copia hæc ex æquo inter se particulis *καὶ* copulata sunt: *πράττων + καὶ ἱεροποιῶν καὶ θύων + ἐπιψηφίζων κτλ.*

γ) *a)* Mecum erant propterea, quod a me puerum interfectum esse non putarent — sed perjuri erant[52]. § 46—48.

b) A poristis, poletis, practoribus eorumque subscribis permoti me nunc denuo accusarunt. Qui impedire me cupiebant, quominus de repetundis ipsos accusarem. § 49—50.

³) Unde effectum est, eos et fallaces et vanos et perjuros esse — *ἐπίλογος* — § 51.

Ex hac hujus orationis descriptione apparet, universæ orationi epilogum deesse. Quare Mætzner recte negasse putandus est (Comment. p. 247), integram hanc Antiphonteam de chorago orationem ad nostram ætatem pervenisse. Vix autem probabile est, plus quam ipsam perorationem deesse, siquidem omnibus, quæcunque afferre opus esset, argumentis a se adversarios refutatos esse, reus ipse dicit. Cf. § 20. 33.

Jam in brevi conspectu positis orationibus Antiphonteis, ut, quæ rerum in iis dispositio esset, perspiceretur, ad Andocidis transeamus

Orationem (I) eam, quæ de mysteriis dicitur.

A Critia pellecti et instigati sunt Cephisius, Meletus, Epichares, Agyrrhius, ut per *ἔνδειξιν* Andocidem accusarent, quod quamvis infamia notatus ad mysteria concelebranda accederet. Critias Andocidis propinquus erat, iraque et invidia in eum flagrans his calumniis eum oppri-

---

Καὶ εἰσιὼν καὶ θύων epexegesis causa ad *πράττων* pertinet, *πρυτανεύσας* (quod non mutari debet) appositum est ad *καὶ ἱεροποιῶν καὶ θύων* referendum. Cf. Krueg. Gr. Gr. I, 56, 15, 2.

52 § 46 - - *καὶ ἱκανά γ' ἦν ὑπομνῆσαι. Καίτοι* pro *καί* post Reisk. dederunt Bekker, Turicc., Car. Mueller. Contra ea Mætzner "non opus est — inquit — *καί* quoque adversandi adsumit vim." Sed dubitari potest, num in ipsa particula *καί* adversativi quidquam insit. Cf. Klotz ad Dev. II, 633. Sed animadvertendum est, h. l. dici *καὶ - - γε*. "*Καὶ* simpliciter rem aliam alii rei adnectit, *γέ* autem ita adseverat de ea re, quæ adjicitur, ut etiam si alias res minus, hanc quidem revera esse significet." Klotz. l. l. p. 315. *Καί γε* Hesychius interpretatus est *καίτοι*. Emendatio Reiskiana supervacanea h. l. videtur.

mere decreverat. Habita oratio est Ol. XCV, 1. (400. a. Chr. n.). Cf. Clinton. Fast. Hell. p. 97. Hæc in ea dispositio rerum est.

Προοίμιον. § 1—10.

I. *a)* Adversariorum dolis et artibus non perterritus causam sustineo idemque de me ipse sentio, quod spero fore ut vos, judices, arbitremini, me culpæ reum non esse[53]. § 1—5. *πρὸς εὔνοιαν. κακολογία.* cf. Anaxim. 216, 1. 231, 1 sqq. *προκατάληψις.* Cf. Anaxim. 218, 12 sqq.

b) Plus benevolentiæ mihi me defensuro opus est quam istis, qui præparati ad me accusandum accesserint. § 6—7. *ἐλάττωσις.* Anaxim. 229, 16 sqq.

II. Deliberem[54], utrum ab eo incipiam, ut

53 § 1 sq. *ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, δεήσομαι ὑμῶν δίκαια καὶ ὑμῖν τε ῥᾴδια χαρίζεσθαι καὶ ἐμοὶ ἄξια πολλοῦ τυχεῖν παρ' ὑμῶν, καὶ πρῶτον μὲν ἐνθυμηθῆναι ὅτι νῦν ἐγὼ ἥκω οὐδεμιᾶς οὔσης ἀνάγκης κτλ. Καὶ πρῶτον μὲν ἐνθυμηθῆναι,* quod quis aut in *πρῶτον μὲν ἐνθυμηθῆναι* aut in *καὶ πρῶτον μὲν ἐνθυμηθῆτε* mutandum censeat, mutari non debet. Nam et liberius in verbis inter se aptandis et collocandis versatur Andocides, et h. l. verba *δίκαια καὶ ὑμῖν τε ῥᾴδια χαρίζεσθαι καὶ ἐμοὶ ἄξια πολλοῦ τυχεῖν* necessario requirunt aliquid, quo uberius explicentur. Cf. § 23 - - *οἳ τοῦτο μόνον ἡγήσαντο δεῖν, τολμῆσαι κατηγορῆσαι.* III, 12 *τοσοῦτον οὖν ἔγωγε, ὦ Ἀθηναῖοι, διορίζομαι περὶ τούτων, τὴν μὲν εἰρήνην σωτηρίαν εἶναι τῷ δήμῳ καὶ δύναμιν, τὸν δὲ πόλεμον δήμου κατάλυσιν γίγνεσθαι. Καί* additum est propter *πρῶτον μέν,* cui vocabulo respondent ea, quæ in § 7 leguntur, *ἔτι δὲ καὶ τόδε ἐνθυμητέον κτλ.*

54 § 8 *Σκοπῶ μὲν οὖν ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, πόθεν χρὴ ἄρξασθαι τῆς ἀπολογίας.* G. A. Hirschig. Philolog. V, 318 *σκοπῶ* in *ἀπορῶ* mutatum vult cll. eo, quod proxime sequitur, *ὃ δέ με ποιεῖ μάλιστ' ἀπορεῖν.* Quod velle non debebat vir doctus. Nam *σκοπῶ* (quod conjunctivi modi est) *μέν* et *ὃ δέ με ποιεῖ μάλιστ' ἀπορεῖν* inter se ex adverso respondent. Deliberandum mihi est — inquit orator — unde potissimum defendendi initium faciam - - hac autem in re deliberanda illud mihi dubitationem movet cet. Quod si *ἀπορῶ μὲν οὖν* scriberetur, *ἀπορῶ* et *μάλιστ' ἀπορῶ* inter se responderent; quod tamen si ita esset, profecto non *ὃ δέ με ποιεῖ μάλιστ' ἀπορεῖν* dici oportebat, sed *ὃ δὲ μάλιστ' ἀπορεῖν με ποιεῖ.*

a) contra legem me delatum esse demonstrem,
b) aut psephisma Isotimidis irritum factum esse,
c) aut de legibus latis et juramentis factis dicam, an ab initio, quæ facta sint, exponam. *πρόθεσις*. § 8 init. — *ἐπὶ τὸ προσέχειν*. § 8—9[55]. —

τῶν κατηγορουμένων λύσις. § 10—139.

I. De mysteriis. § 10—33.

πρόθεσις. § 10. Cf. Anax. 233, 27.

ἀπαγγελία. § 11—18.

Jam comitia erant ducibus ad bellum in Sicilia gerendum mittendis Niciæ, Lamacho, Alcibiadi, jamque in ancora extra portum constiterat navis Lamachi, quum Pythonicus ad populum defert, ab Alcibiade in domo quadam mysteria facta esse. Qua de re ab Andromacho, famulo Polemarchi, certius aliquid indicari posse. Primum hoc fuit indicium. *μαρτυρία* Diogneti, quæsitoris criminum. § 11—14.

Alterum indicium a Teucro inquilino factum est. § 15. Tertium ab Agariste, uxore Alcmæonidis, factum. § 16. Quartum per Lydum, Pherecllis Themaciensis servum. *μαρτυρία*. § 17—18.

Hæc narratio, si per se intelligitur, ex eodem genere

55 § 9 *τὰ μὲν οὖν δίκαια γινώσκειν ὑμᾶς ἡγοῦμαι, καὶ λόγους παρεσκευάσθαι, οἶσπερ ἐγὼ πιστεύσας ὑπέμεινα, ὁρῶν ὑμᾶς κτλ.* Ingeniose, ut semper, Emperius opusc. p. 207 sq. suadet, ut pro *λόγους* scribatur *αὐτούς*. Atque hoc ipsum Turicenses receperunt. (Hæc scriptura: *καὶ [μὴ] λόγου,* sive a Schillero sive ab alio profecta, probabilis non est). Sed ea, quam initio posui, scriptura si cui defendi posse videtur, sic fere explicari debet: "Ea igitur, quæ justa sunt, vos agnoscere arbitror, orationesque (argumentationesque in me vanas) præparatas et instructas esse, quibus ego rebus confisus domi mansi, siquidem video cet. *Τὰ δίκαια* et *λόγους παρεσκευάσθαι* ex verbo *γιγνώσκειν* pendent. Quidni sic scripsisse Andocides putandus sit: - - *ῥᾳδίως γνώσεσθ' ἃ μου κατεψεύσαντο οἱ κατήγοροι, καὶ λόγους παρεσκευάσθαι. τὰ μὲν οὖν δίκαια γινώσκειν ὑμᾶς ἡγοῦμαι, οἶπερ ἐγὼ πιστεύσας κτλ.* Hoc si ab Andocide profectum putari poterit, nihil difficultatis loco inhærebit. Cet. cf. Krueg. Gr. Gr. I, 59, 2, 6 et 10. Mætzner ad Antiph. V, 82, p. 239.

est quo ea, quæ est in Antiphont. orat. V. Nam primum et quartum indicium testimoniis confirmat, secundum omnium civium recordatione confirmatum dicit, tertium solum nude affert. Quare in earundem numerum referri potest atque eæ, de quibus dixit Spengel. ad Anaxim. p. 257.

βεβαίωσις (*δικαιολογία.*)

παλιλλογία eorum, quæ in § 11—18 sunt — § 19 init. —

1. Quod insimulant accusatores, patrem meum a me indicatum esse, calumniantur;

a) nam si hoc verisimile esset, longe aliter me gessissem ac fecisse me notum est[56] — § 19—23 — *εἰκότα* —;

b) si conscius hujus sceleris mihi fuissem, non hic mansissem judiciumque subiissem[57]. § 24. *τεκμήριον.*

---

56 § 19 *οὐ γὰρ καὶ δίκαιον ἀπολογεῖσθαι ἀναμιμνήσκοντας τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἐξελέγχειν;* Turicc. Wyttenbachianum illud *οὕτω* pro *οὐ* probarunt. Sed quum post *ἐξελέγχειν*, quemadmodum suadet Foertschius in Observatt. crit. in Lys. Oratt. (Lips. 1829) p. 64, signum interrogandi posuerimus, si ante *ἐξελέγχειν* intelligetur *ὥστε*, causa non erit, cur verba mutentur. Nonne enim — inquit orator — vel justum est ita se aliquem defendere, ut in memoriam revocet refutandi causa ea, quæ adversarii dixerint? De plurali *ἀναμιμνήσκοντας* cf. Antiph. or. I § 1 *τοὺς αὐτοῦ φονεῦσαι.* Id. II, *α*, 9 *τῶν παραγενομένων* (de uno servo). Quum enim in universa rerum contemplatione versatur oratio, pluralis numerus adhiberi solet. Ceterum cf. Mætzner. Commentar. ad Antiph. II, *α*, 7, p. 163.

— § 22 *εἰ ἀληθῆ οἵδε λέγουσιν* si vera accusatores mei fatentur, fateri volunt, i. e. quod ipsis quoque accusatoribus meis, si vera fateri volunt, concedendum est.

57 § 24 *εἰ ἀληθῆ ἦν ταῦτα ἅ με κατηγόρησαν.* Dobreeum Adv. I, 177 *ἅ μου* legi jubentem secuti sunt Turicenses. Quod sine dubio recte factum esset, si id ageretur, ut ad communem loquendi consuetudinem redigeres hoc vocabulum. Sed multa cum cautione critica factitanda est in Andocide, quippe qui quum in enunciationibus conformandis tum in verbis inter se collocandis ad vulgarem usum sensumque orationem revocet. Quare non prorsus repudiandum est illud *μέ.* Quod Krueger, acutissimus vir, Gr. Gram. I, 47, 24, 3 pro *κατηγόρησαν* commendare videtur *κακηγόρησαν*, id vel propter ea, quæ præcedunt, *εἰ ἀληθῆ ἦν ταῦτα*, probari non potest.

2. *παλιλλογία* eorum, quæ in § 11—24 sunt. Testium, si quis habeat, quod arguere velit, provocatio. § 25—26.

ἀπαγγελία. —

De indiciorum præmiis, quæ Andromachus et Teucer acceperunt. *μαρτυρία.* § 27—28.

δικαιολογία. Cf. Anax. 23!, 23.

παλιλλογία eorum, quæ in § 10—28 sunt. § 29.

αὔξησις. ταπείνωσις. § 29[58]—33.

II. De Hermis dejectis [59] § 34—69.

---

58 § 29 *καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ δεινὰ καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον ὡς πρότερον ἑτέρων ἁμαρτόντων καὶ ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεὼ οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἔπαθε καὶ ἐτιμωρήθη.* Varie hunc locum tentaruut viri docti. Quum alia tum vv. *οἱ λόγοι* emendanda visa sunt. Quod si ea retinemus, quæ libri MSS præbent, hæc fere hujus loci interpretatio est: etenim orationes (sermones) accusatorum meorum dira illa et horrenda crepabant, dixeruntque ipsi, ex ceteris, qui delinquendo impie in deas se gessissent, qua quisque vindicta et supplicio coërceretur. Quod Schiller inter *θεώ* et *οἷα* virgulam posuit, inconsiderate fecit. Voces *ὡς* et *οἷα* arcte inter se cohærent: *ὡς* interrogativam vim habet, quæ vis in voce *οἷα* resumitur quadamque significationis mutatione temperatur. Qua de re cf. Krueg. Gr. Gr I, 51, 14, 4. Ut verbum *ἀνωρθίαζον* de *τοῖς λόγοις* usurpatur, ita *εἶπον* de *τοῖς κατηγόροις*, de qua subjectorum trajectione cf. § 147 *οἳ - - χρήματα διαχειρίσαντες τὰ ὑμέτερα οὐδὲν ἂν πώποτε ὦφλον, οὐδ' ἁμάρτηται οὐδὲν οὔτε ἡμῖν εἰς ὑμᾶς οὔτε ὑμῖν εἰς ἡμᾶς.* III, 6 - - *ἐπεθυμήσαμεν πάλιν τῆς εἰρήνης, καὶ ᾑρέθησαν δέκα ἄνδρες κτλ.* l. l. 34 *εἰρήνης δὲ πέρι πρεσβεύοντας* (subj.) - - *ταῦτα δὲ οὔτε λαθεῖν οὔτε ἐξαπατῆσαι δεῖν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν* (intell. *ὑμᾶς* = subj.). Cf. Foertsch. Observv. Crit. in Lys. or. p. 47 sq. et Mætzner ad Antiph. I, 26. p. 145. Ac ne quem offendat repetitio vocis ejusdem (*λόγοι, λόγους*), cf. § 71 *εἶπεν - - εἶπεν.* § 75 *προστάξεις - - πρόσταξις.* § 97 *ἀποδόμενος ἀποδώσω.* § 107 *γνόντες - - ἔγνωσαν.* ib. *προτάξαντες - - ἀντιτάξασθαι.* § 127 *εἰσάγειν - - εἰσάγειν.* II, § 10 *γνοὺς - - ἔγνων - - ἔγνων.* III § 12 *ἔχειν τοὺς ἔχοντας.* § 13 *ἀρχόμενοι - - ἦρχον*, al. Cf. annot. 15. ad Antiph. V, 8.

59 § 34 *περικόπτειν*, si de Hermis usurpatur, Latini interpretantur dejicere. Cf. Corn. Nep. VII (Alcib.), 3, 2. Goerenz. ad Cic. de Legg. II, 26, 64. p. 204[b] et Feldhuegel. ad l. l. p. 244 sq. Non

προθέσεις. § 34 init.

ἀπαγγελία —

1. De indicio a Teucro facto. Eorum, qui indicati sunt, nomina. Testium provocatio. § 34—35.

2. *a)* Pisander et Charicles, hoc sine magna multorum consensione factum esse, negarunt, periculumque esse, ne inde repentina vis in civitate exsisteret, quæ libertatem opprimeret populi, quare ne ulterius hac de re quærere desisterent, monuerunt. § 36.

b) Dioclidis *εἰσαγγελία.* Ipse cum patre et propinquis sane multis accusor[60]. § 37—42.

c) Pisander summo omnium terrore legem tulit, ut ingenui cives in equuleum imponerentur. Manitheus et Anepsio, senatores, quum in eo essent, ut deprehenderentur, vadibus datis destitutisque in exsilium abeunt. Deprehendimur vinculisque dedimur. Senatus metu perterritus omnia trepide præmunit. Dioclides publico honore afficitur. § 43—45. *μαρτυρία.* § 46.

d) Nomina propinquorum meorum. § 47.

3. *a)* Charmides meam implorat fidem, ut cum ipso meos propinquos, qui culpæ insontes sint, a mortis periculo eripiam[61]. § 48—50.

b) Mecum ipse delibero a meoque tandem impetro animo, ut, quid de hoc facinore compertum haberem, dicerem quatuorque civibus facinoris participibus indi-

---

satis apte hoc vocabulum accepit Georgius Groteus Hist. Græc. IV, p. 129, not. 9 (ed. Meissner.).

60 § 38 *ὁρᾶν δὲ - - ὁρῶν δὲ.* Sluiter p. 74 "*ἰδεῖν* hic — inquit — scribendum videtur variandi causa: præcedit enim *ὁρᾶν ἀνθρώπους,* et statim sequitur, *ὁρῶν δὲ - -.*" At § 40 *εἰπεῖν - - εἰπών.* Ceterum cf. annott. 58 extr. et 15.

61 Inter *ἀδικεῖν* (§ 49 extr.) et *εἰ ἤκουσάς τι* (§ 50 init.) lacunam habere dicuntur Codd. ABL, et A quidem duodecim literarum. Interponendum censuit Reiskius *οὖν* aut *τοίνυν*, Sauppius *τούτων. τοίνυν.* Sed dubium non est, quin duodecim illæ literæ hæ sint: *φέρε δὴ τοίνυν.* Cf. §§ 21. 90. 117. 128.

catis et meis salutem afferrem et tranquillitatem reipublicæ[62]. § 51—53

δικαιολογία —

Quid facerem? Dioclides mentitus est. Ego et propinqui mei immerito accusati eramus. Salus reipublicæ agebatur. Quæ ego omnia quatuor demum consciis delatis sanare poteram[63]. § 54—60. *συγγνώμη*.

ἀπαγγελία.

a) Quomodo ipse de re certior factus sit, narrat Andocides[64]. § 61—64.

b) Dioclides mendacii manifestus factus calumniæ poenam dedit. § 65—66.

δικαιολογία —

ἔλεος. αὔξησις. testium provocatio[65]. § 67—69.

---

62 § 53 *οὓς εἰκὸς ἦν ἁπάντων μάλιστα δοκεῖν εἶναι τούτων τῶν ἀνδρῶν οὓς ἐμήνυσε Διοκλείδης, φίλους ὄντας τῶν ἀπολωλότων ἤδη.* Hirschig Philolog. V, 319 *φίλους γ' ὄντας* legi jubet, quod quo jure fecerit, non liquet. Similis participii usus § 95 *ὁ μνησικακῶν αὐτὸς αὑτῷ.* § 99 *οὐκ ἄξιος ὤν.* Sententiam turbat particula *γε* adjecta.

63 § 59 *τῶν δ' ἄλλων οἱ λοιποὶ πρότερον ὑπὸ Τεύκρου ἐμηνύθησαν· οὔτε δήπου οἱ τεθνεῶτες δι' ἐμὲ μᾶλλον ἐτέθνασαν κτλ.* Verisimile est, legi oportere: - - *οἱ λοιποί, οἳ πρότερον ὑπὸ Τεύκρου ἐμηνύθησαν, οὔτε κτλ.* Dobreeus et Turicenses *τῶν δ' ἄλλων, οἳ* scripserunt. Ceterum in §§ 58—59 sic inter singulas enunciationes distinguendum videtur: - - *ὡς ἕτεροι ἥμαρτον· Διοκλείδης μὲν γὰρ* - - *εἰπὼν ὑμῖν ἃ ἤκουσα· ἔτι δὲ τριακοσίους* - - *ἐν κακοῖς τοῖς μεγίστοις ἐγίγνετο· ταῦτα μὲν οὖν ἦν* - - *κακῶν τῶν μεγίστων ἀπήλλαττον· φυγάδες δὲ* - - *μᾶλλον ἔφευγον· ταῦτα δὲ πάντα σκοπῶν κτλ.* Cf. Reisk. ad § 58 init.

64 § 61 - - *καὶ ἐξήλεγξα τὰ γενόμενα, ὅτι εἰσηγήσατο μὲν πινόντων ἡμῶν ταύτην τὴν βουλὴν γενέσθαι Εὐφίλητος.* V. *γενέσθαι* uncis inclusit cum Bekkero Schiller, ejecerunt Turicc. Possit forsitan *γενέσθαι* retineri. Quod si retinetur, similiter ex *εἰσηγήσατο* aptum esse putandum est atque § 49 *ἀδικεῖν* ex *καταγνόντες*. Cf. Klotz. N. Jahrb. 1835. XIII, 4. p 384 sq.

65 § 69 *καὶ ταῦτ' εἰ ἀληθῆ λέγω, ὦ ἄνδρες, ἀναμιμνήσκεσθε, καὶ οἱ ἰδόντες διδάσκετε τοὺς ἄλλους.* Reiskium secuti pro *ἰδόντες εἰδότες* scribi volunt et Turicc. et Hirschig. Philol. V, 319. Male. *Οἱ ἰδόντες* enim sunt ii, qui experti noverunt ea, quæ facta sunt, *οἱ εἰδότες* autem, qui noverunt, non ipsi viderunt, ea, quæ facta sint, facta

De narrationibus, quæ supra sunt, cf. ad Antiph. or. V. et Anaxim. 220, 10 sqq. 231, 9 sq.

III. De legibus et juramentis. § 70—109.

1. *παλιλλογία* eorum, quæ in § 34—69 sunt. § 70. — Accusatores ex legibus et institutis, quæ nunc sunt, me accusarunt, sed ex psephismate jam abrogato accusationem capessunt. § 71. *πρόθεσις*.

2. *α)* *a)* De psephismate Patroclidis, quod erat de amnestia — § 72—79 —

b) de Tisameni, quod erat de legum *δοκιμασίᾳ*. § 80—84.

c) Placuit, eas leges solas, quæ ex Euclide Archonte promulgatæ essent, pro ratis haberi, solasque leges scriptas valere [66]. § 85—87.

d) Conclusio. § 88—89. *ἔλεγχος*.

β) Juraverunt inter se cives, eorum, quæ ante facta dictaque essent, veniam et oblivionem fieri. § 90—91.

γ) De legum et accusatorum inter ipsos ratione. Qua in culpa versantes ipsi alios insimulent, exponitur.

a) Cephisius quid deliquerit — § 92—93 —

b) quid Meletus — § 94 —

c) quid Epichares. § 95—102.

3. *ἀνάμνησις*. cf. § 71. Si quos unquam rationem priorum factorum reddere oportuit, ii accusatores mei sunt, non ego. Sed omnes *ἄδειαν* acceperunt. *αὔξησις*. § 103 —105.

4. Quæ facta esse videmus, ea civium inter se concili-

---

esse. Unde apparet *τοὺς ἰδόντας* solos, non *τοὺς εἰδότας*, repetere posse (*ἀναμιμνήσκεσθαι*) veteris cujusdam memoriæ recordationem. Ceterum *οἱ ἰδόντες* iidem sunt *οἱ εἰδότες*, non vero *οἱ εἰδότες* iidem *οἱ ἰδόντες*.

66 § 86 *ὅπου οὖν ἀγράφῳ νόμῳ οὐκ ἔξεστι χρήσασθαι, ἦ που ἀγράφῳ γε ψηφίσματι παντάπασιν οὐ δεῖ γε χρήσασθαι.* Hirschigio non injuria absurdum videtur duplex *γέ*. Fortasse *ΟΥΔΕΙΓΕ* ex *ΟΥΚΕCΤΙ* depravatum aliquando est. Nihil est, quod iisdem verbis recurrentibus (*ἔξεστι χρήσασθαι, ἔστι χρήσασθαι*) offendaris. Cf. annotatt. 15. 57. 60.

andorum pacandæque civitatis sunt. § 106—109[67]. συμφέρον.

IV. Rami quoque oleæ mysteriis in Eleusinio depositi me accusarunt. § 110—136.

1. *a)* πρόθεσις. § 110.

b) De quæstione in Eleusinio habita narratio. § 111—112. (παραδιήγησις).

c) Apparet, a me ramum oleæ non depositum esse. § 113—114. εἰκός.

d) Quomodo Callias ipse hoc fecisse repertus sit, narratur. § 115—116.

2. *α)* Quid spectans Callias hoc fecit? § 117 init. πρόθεσις. (ἐξέτασις. § 117—136).

a) Filiam Epilyci suo filio a se peti dicit, sibi ipsi autem eam quærere cupit. § 117—123. μαρτυρία.

b) Quis fuit isti filius? ex Chrysiade matre ejns, quam uxorem duxerat. § 124—127. μαρτυρία.

c) Inauditum adhuc est, unum eundemque in aviæ, matris, filiæ matrimonium ire. § 128—129. (αὔξησις).

d) Omen de homunculo, ut ajunt, domestico apud Hipponicum in Calliam transfertur. § 130—131. (σημεῖον).

β) Quod si quæritur, quare Calliæ ejusque sociis antea pius, nunc impius videar (§ 132 init. πρόθ.), de quinquagesimæ redemptione odium eorum et invidiam contraxi[68]. § 132—136[69].

V. De navium locatione et mercatura me accusarunt. Dii

67 Propter πρόθεσιν § 106 init. poterat hæc pars una quædam totius orationis haberi, sed vere rem considerantibus extremam eam partem esse eorum, quæ §§ 70—109 continentur, apparet.

68 § 132 - - μνῶν μὲν Ἀ - - - Δελφόν. Sic Bekk., Schill., Turicc. Codd. ἀδελφόν. Inutiles in hac voce discerpenda videntur fuisse doctorum virorum labores. Nimirum legendum ex Codd. Ἀδελφόν, quod nomen proprium est. Cf. Boeckh. Corp. Inscr. 299. 300. Tom. I. p. 403.

69 § 136 ταῦτα μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τούτοις ποιητέα ἦν, ὑμῖν δὲ τὸ ἐναντίον τούτων. Fort. legendum ὑμῖν δέ γε τὸ ἐ., quod ipsum et a Sluitero p. 107 et a Valckenærio conjectatum esse video, et a R. Klotzio N. Jahrb. XIII, 4 (1835) p. 395 defensum.

me ex maritimis periculis et tempestatibus servarunt, quia nihil improbe a me factum esse videbant. § 137—139. *σημεῖον.*

ἐπίλογος. § 140—150.

I. Bonorum jam, Athenienses, virorum laudem fertis propter eam, quam inter vos reconciliavistis, gratiam rerumque ante actarum oblivionem. Cui laudi ne ipsi quidquam detrahatis, eandemque de me opinionem habeatis, quam de majoribus meis, qui maximis vos beneficiis affecerunt [70]. § 140—143. *πρὸς φιλίαν.* Cf. Anax. 222, 31 sqq. 233, 18. 236, 31 sqq. Hæc epilogo non annumerare videtur Spengel. ad Anax. Commentar. p. 271.

II. Qualem me civem, si mihi incolumi esse liceat, habituri sitis, videte [71]. § 144—145. *πρὸς χάριν.*

III. Quid mihi noceatur, si condemner, considerate. § 146—150. *πρὸς ἔλεον* [72].

Quæ in *δικαιολογιῶν* numero referendæ sunt Antiphontis et Andocidis orationes, expositæ descriptæque jam sunt. Ad *δημηγορίας* transeamus.

De or. II, quæ est de ipsius in patriam reditu.

Habita oratio est Ol. XCII 3, i. e., a. a. Chr. n. 410. Andocides postquam sive crimine de mysteriis elatis non satis purgatus sive in indicio civium culpæ convictus infamia notatus est, Athenis (a. 415) relictis, quum frustra ad patriam redire (a. 412) conatus esset, denuo (a. 410)

---

70 § 142 - - *Λακεδαιμόνιοι ἔγνωσαν ὅμως τότε ἐχθροὶ ὄντες* - - Possit forsitan aliquis conjicere, legendum esse *Λακεδαιμόνιοι τότε ἐχθροὶ ὄντες ὅμως ἔγνωσαν* - -.

71 § 144 sq. *ἔπειτα δὲ καὶ βίον εἰργασάμην ἐκ τοῦ δικαίου, τῇ γνώμῃ καὶ ταῖν χεροῖν ταῖν ἐμαυτοῦ· ἔτι δὲ κτλ.* Et verba et sententia postulare videtur, ut hæc restituatur orationis series et perpetuitas: - - *ταῖν ἐμαυτοῦ,* [§ 145] *πολλοῖς συγγενόμενος καὶ* - - - *ὅπου ἂν ἐν καιρῷ τι ὑμῖν γίγνηται·* [§ 144] *ἔτι δὲ εἰδότα μὲν οἷόν ἐστι* - - - *ἐπιστάμενον δ' οἷον τὸ ἁμαρτόντα πρᾶξαι κακῶς.* [§ 146] *Ἔχει δὲ κτλ.*

72 Quod H. G. Hauptmannus, de Andocide Orat. Att. c. IV. p. 562 ed. Reisk. Tom. VIII, hanc orationem ex duabus conflatam

restituta populari potestate Athenas profectus in concionem populi prodiit impetraturus, ut in civitatem reciperetur. Hoc tempore hanc orationem habuit Andocides. Quod quum non esset id, quod volebat, consecutus, in exsilium ejectus est. Partes orationis hæ sunt.

Προοίμιον. § 1—9.

I. 1) Beneficio rempublicam affecturo mihi si quis repugnandum censet, indigne agi ab illo videtur[73]. § 1. *πρόθεσις*, de qua cf. Anaxim. p. 223, 28 sq.

2) Quum ego senatum certiorem fecissem, in me esse reipublicæ summum illud quidem sed nondum divulgandum commodum afferre, fuerunt, qui ægre ferrent, reipublicæ me prodesse Quos aut rerum publicarum imperitissimos aut civitati malevolentissimos haberi necesse est. § 2—3. *ἐπὶ τὸ προσέχειν. προκατάληψις.* Cf. Anax. 218, 13. 216, 17—25.

3) Qui mihi nunc maledicunt, non sua sponte illi quidem sed ab aliis instructi et subornati id faciunt. § 4—5 init. Cf. Anax. 216, 7. *κακολογία.*

II. Imprudenter mihi quidem aliquando egi, sed vobis salubriter.

---

esse, perhibet, sententia ejus quum facta rerum dispositarum descriptione refutatur tum impugnatur ab A. G. Becker. Andok. p. 36, annot. 120.

73 § 1 *ὅπου μέντοι δεῖ τὴν πόλιν ἐμέ τι ποιῆσαι ἀγαθὸν, εἴ τις ἑτέρως βούλοιτο ἐμοῦ κακίων, δεινότατον ἁπάντων χρημάτων ἡγοῦμαι, εἰ τῷ μὲν δοκεῖ ταῦτα τῷ δὲ μὴ, ἀλλὰ μὴ πᾶσιν ὁμοίως.* Turicc.: - - *ἢ εἴ τις ἕτερος βούλοιτο ἐμοῦ κτλ.* Cf. Dobreeus I, 185., Emperius p. 211. At *εἴ τις ἑτέρως* necessario requiritur. Nam non in hac ponenda deliberatione versatur orator, utrum ipse reipublicæ bene faciat, an alter male, sed quum ipse commodi aliquid afferre velit reipublicæ, si quis aliter atque ipse agat, indignum esse affirmat, si diversæ de hac re futuræ sint decernentium sententiæ. *Κακίων* autem si abesset, non morarer. Certe non ab Andocide *κακίων* scriptum est. Fort. leg. *κάκιον*, ut sit *ἐμοῦ κάκιον* vocis *ἑτέρως* uberius explicandæ causa additum. Similiter § 11 *αὐτίκα - - τότε.* § 4 *ἑτέρους δὲ εἰσπέμπουσι, τούτους ἀνθρώπους κτλ.*, al.

[1]) Misericordia igitur dignus sum vestra, non invidia — §. 5 ἐμοὶ δὲ, ὦ ἄνδρες — 7. —

[2]) gratia apud vos, non odio [74]. § 8—9. πρὸς εὔνοιαν. Cf. Anax. 215, 3 sqq.

ἀπαγγελία. § 10—16.

Post calamitatem meam satius duxi procul a patria vivere [75]. Non diu autem fuit, quum occasionem arripui maxima commoda reipublicæ afferendi. Qua re effectum iri sperabam, ut vestram gratiam inirem. Hac spe ductus ubi sub quadrigentorum dominatu domum redii, indigne contumelioseque mecum a Pisandro actum est [76]. Quo facto, quum undique pessima mihi parata

---

74 § 9 καὶ ὅμως τό γε δυστυχέστατος εἶναι ἀνθρώπων οὐδαμῇ ἐκφεύγω, ὅτε δὴ προαγομένης μὲν τῆς πόλεως ἐπὶ ταύτας τὰς συμφορὰς οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίγνεσθαι δυσδαιμονέστερος κτλ. Vides hoc loco etiam Andocideam illam sermonis ad quotidianum et vulgarem usum conformationem. Quare non recte fecit Emperius p. 211, quod pro ἤρχετο legendum suasit ηὔχετο l. pro ἤρχετο γίγνεσθαι legi jussit ὑπῆρχε τότ' ἰδέσθαι. "Mag man das ἤρχετο von ἔρχομαι oder ἄρχομαι herleiten, jedenfalls ist der Gedanke ungehörig. Denn Andoc. fing nicht an, war nicht auf dem Wege unglücklich zu werden, sondern er befand sich wirklich in einer höchst jämmerlichen Lage." l. l. Neque vero coepit esse infelix, nam ipse dicit Andocides ad eam miseriam se venisse, ut nemo ipso infelicior esse coeperit.

75 § 10 - - εἰσῆλθέ μοι, ὥσπερ εἰκὸς, ἐπιθυμία τῆς τε μεθ' ὑμῶν πολιτείας ἐκείνης καὶ διαίτης, ἐξ ἧς δεῦρὶ μετέστην - - Male Reisk. ante διαίτης interponendum putat κόρος. - - "me subiit - - - tædium commorationis atque vitæ generis ejus, e quo huc transii." Potius hoc modo interpretandum: et (int me invasit desiderium) ejus vitam instituendi rationis, a qua adhuc recessi. Cf. Aeschin. Ctesiph. § 122. 129.

76 § 15 κἀγὼ, θόρυβος γὰρ δὴ τοιοῦτος ἐγίγνετο τῶν βουλευτῶν, καὶ ἐπειδὴ ἐγίγνωσκον ἀπολούμενος, εὐθὺς προςπηδῶ πρὸς τὴν ἑστίαν. Καί, quod ante ἐπειδή positum est, deleverunt Reisk. et Turicc. Emperio p. 212 ἀνακολούθως usurpata esse vox καί videtur. Neutrum recte. Καί in κἀγώ ea, quæ sequuntur cum iis, quæ præcedunt, conjungit, id autem, quod ante ἐπειδή collocatum invenimus, hujus ipsius vocis ἐπειδή significantius efferendæ causa usurpatur. Καὶ ἐπειδή est: eo ipso tempore postquam Similiter hanc vocem usurpatam pluries tum in apodosi tum in protasi videmus, ut h. or.

essent, simul atque his tantis calamitatibus liberatus sum, nihil antiquius duxi, quam ut bene de republica mererer.

βεβαίωσις. § 17—24.

I. Considerandum est, quanto mea in rempublicam beneficia a ceteris ministeriis differant. § 17—18. *παράδειγμα. γνωμολογικὴ τελευτή.* Cf. Anaxim. 221, 6 sqq.

II. 1) Quæ beneficia mea in rempublicam senatui deliberanda mandavi, ea verisimile est melius consultari a senatu, cui otium suppetat, quam a vobis, quos statim rem decernere oporteat. § 19. *εἰκός.*

2) Quæ jam a me parata sunt, efferri in vulgus possunt. Quatuordecim naves frumentariæ e Cypro evectæ jam ad Piræeum appelluntur [77]. § 20— 21. *συμφέρον (κέρδος).*

---

§ 1 *εἴπερ γὰρ ἡ πόλις ἁπάντων τῶν πολιτευομένων κοινή ἐστι, καὶ τὰ γιγνόμενα δήπου ἀγαθὰ τῇ πόλει κοινά ἐστι.* I, 22 *ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτε Σπεύσιππον ἐδίωκεν ὁ πατὴρ τῶν παρανόμων, αὐτὰ ταῦτα ἔλεγεν.* III, 26 *μὴ βοηθούντων μὲν οὖν ὑμῶν οὐδὲ λόγος ὑπολείπεται.* Antiph. I, 5 *θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ.* Andoc. II, 15 *ὅπερ μοι καὶ πλείστου ἄξιον ἐγίγνετο.* ib. § 16 *οὗ δὴ καὶ μάλιστ' ἐμαυτὸν ἀπωλοφυράμην.* ib. *πάλιν αὖ καὶ διὰ τοῦτ' ἐγὼ ἀπολοίμην.* Cet. cf. ad Antiph. II, β, 6, annot. 92 (pag. 33).

— *εἰς γὰρ τοὺς θεοὺς εἶχον τὰ ὀνείδη οὗτοι, οἵ με μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἐοίκασι κατελεῆσαι.* Ut de Reiskii conjectura taceam, Emperius p. 212 legi vult: *εἰς γὰρ τοὺς θεοὺς ἥκοντα ᾐδοῦντο, οἵ με κτλ.*, Sauppius (Turicc.): *εἰς γὰρ τοὺς θεοὺς ἔχοντα ὀνείδη οὗτοί με κτλ.* Quod si ab Andocide scriptum putari licebit *εἰς γὰρ τοὺς θεοὺς εἶχον ἂν ὀνείδη καὶ οὗτοί με κτλ.*, profecto sententiæ optime satisfiet. De *ἂν* particula cf. Andoc. I, 100 *καλῶς γὰρ ἄν σοι εἶχε.* II, 4 *εὐθὺς γὰρ ἂν τότε ἠναντιοῦντο.* ib. 23 *οὕτω γὰρ ἂν ὑπὸ πλείστων ἀνθρώπων εὖ πάσχοιτε.* Krueg. Gr. Gr. I, 54, 12, 9. De locutione *ὀνείδη ἔχειν* cf. Plat. de Legg. VI. 762. C *ἐὰν ἀποφήνωσιν αὐτὸν οἱ πέντε καὶ γράψαντες θῶσιν ἐν ἀγορᾷ καταλελυκότα τὴν φρουρὰν, ὀνείδη τε ἐχέτω κτλ.* Id. Epinom. 974. E. *οὔκουν νῦν γε οὔτε σοφὸς εἶναι δοξάζεται ὀνείδη τε ἴσχει μᾶλλον ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης.*

77 § 21 *ἐδεξάμην δ' ἀντὶ πάντων χρημάτων εἶναι ἐν ἀσφαλεῖ φράσαι κτλ.* Dobreeus et Turicc. *ἐδεξάμην δ' ἂν ἀντὶ κτλ.*, quod nullo modo opus est. *Ἐδεξάμην* in eadem ratione est, qua si ab Andocide pro hoc scriptum esset *ἐβουλόμην.* Cf. § 12 *ὁ κίνδυνος ἦν* -- I, 20 *οἷόν τε οὐκ ἦν* - - ib. 58 *οὓς οὐδεὶς ἀπώλλυεν.* ib. 59

[3]) Quorum beneficiorum justum est eam vos mihi referre gratiam, ut decretum, quod olim Menippo auctore fecistis, de poenæ immunitate mihi data de integro ratum esse jubeatis. § 22—24 init. *δίκαιον*.

ἐπίλογος. § 24—28.

I. Condonate igitur mihi hoc decretum. Longe alius enim nunc sum, atque antea fui, et ex majorum meorum virtutibus concludi potest, me popularem esse virum. § 24—26. *πρὸς χάριν*.

II. *πρὸς φιλίαν*. § 26—27.

III. *προαίρεσις*. § 28.

De or. III, quæ est de pace cum Lacedæmoniis.

Ol. XCVI 4 (a. 393 a. Chr. n.) decem legati ab Atheniensibus Lacedæmona missi sunt cum Spartiatis de pace componenda deliberatum. Quo in numero Andocides fuit. Hac oratione sententiæ repugnat orator et eorum, qui bellum paci anteferendum arbitrabantur, et eorum, quibus pacis faciendæ præpropera festinatio placebat. Ceterum cf. A. G. Becker. Andok. p. 37 sq. C. G. Krueger Histor. Philol. Stud. II, 241.

προοίμιον. § 1—2.

Pax bello melior omnibus videtur. Oratores autem pacem nomine commendant, re impugnant. Dicunt enim, pace facta rempublicam dissolvi. § 1. *πρόθεσις*.

βεβαίωσις. § 2—39. Cf. Anax. p. 223, 30 sq.

I. *α)* Si numquam ante hoc tempus populus Atheniensium cum Lacedæmoniis pacem fecisset, probabiliter hoc dicerent. Atqui ex iis, quæ ante facta sunt, de iis, quæ instant, conjectura capienda est. § 2. *εἰκός* (*ἔθος*). Cf. Anaxim. 220, 31 sqq.

β) 1. *a)* De bello Euboico. § 3—4.

b) Quid ex pace facta reipublicæ redundarit commodi. § 5.

2. *a)* De bello Æginetico. § 6.

ἐτέθνασαν. Antiph. II, *β*, 3; 9. *γ*, 2; 3; 5. III, *β*, 4. IV, *β*, 2. V, 24; 38; 86. VI, 48 Krueg. Gr. Gr. 1, 53, 10, 5.

b) Quid ex pace facta respublica perceperit utilitatis[78]. § 7.
3. *a)* De bello Megarico. § 8.
b) Quid ex pace facta civitati affluxerit commodi. § 8—9. *παραδείγματα*. Cf. Anaxim. 221, 1 sq.
Hæc *παραδείγματα* similia sunt *ἀπαγγελίᾳ* ei, de qua disputat Anaxim. 220, 10 sqq.

II. Quod dixerunt, novissima pace cum Lacedæmoniis inita illos triginta viros exstitisse, falluntur. Illæ induciæ erant, hæc pax erit. Pax reipublicæ saluti est, bellum exitio. § 10—12. *ἀνάμνησις. ἐνθύμημα. ἐνθυμηματώδης τελευτή.*

III. 1. Dicunt quidam, necesse esse bellum gerere.
a) Inter omnes constat, ideo bellum esse gerendum, ut aut injurias illatas ipsi ulciscamur, aut aliis opem feramus. § 13. *γνώμη*.
b) Atqui a Lacedæmoniis res repetitas habemus, Boeotiis placuit pacem facere. Quid igitur bellamus? § 13 extr. — 15. *ἀναγκαῖον*.
c) *παλιλλογία. ἐρώτησις.* § 16.
2. Communem omnibusque fruendam pacem penes vos est, Athenienses, parere. — *καλόν*. —
a) Quomodo Lacedæmonii pacem fecerint[79] — § 17—19 —
b) quomodo Boeotii — § 20 —

---

78 § 7 *ὥστε πρῶτον μὲν ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν.* V. *λαβόντες* l. *εἰρήνην* criticos offendit. Sed neque emendatione egent aut *εἰρήνην* aut *λαβόντας*, neque verum vidit Luzacius, quum ap. Sluit. p. 136 vulgatam scripturam sic interpretandam censet: "cum per istos annos pacem accepissemus acceptamque servassemus, seu pace accepta fruiti essemus." Imo vero ex *ETECINEIPHNHN* vera lectio elicienda est hæc: *ETECIΔIEIPHNHN*. Nam *ἔτεσι δι' εἰρηνην* legendum est. Cf. § 8 *ὅτι διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἑπτακισχίλια μὲν τάλαντα νομίσματος εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνηνέγκαμεν.*

79 § 18 *νενικήκασι γὰρ κτλ.* De hoc loco disputavimus ad Antiph. V, 8. annot. 15.

c) quomodo Athenienses[80]. § 21—23. *ἐκ τοῦ ἐναντίου.*

3. De Argivorum postulatis.

a) Quanti momenti Atheniensibus Corinthus sit[81]. § 24—26. *δυνατόν.*

b) Sibi ipsæ repugnant rationes Argivorum[82]. § 27. *δίκαιον.*

4. De duobus alterum eligendum est, aut contra Lacedæmonios sociis Argivis bellum gerere aut una cum Boeotiis pacem facere. Vos, Athenienses, deterius sequi consuevistis. § 28.

a) Quomodo cum Rege Persarum egerint Athenienses — § 29 —

b) cum Syracusanis — § 30 —

c) cum Argivis. § 31. *παραδείγματα.*

d) *παλιλλογία. ἐνθυμηματώδης τελευτή.* § 32.

IV. Sunt, qui statim pacem fieri postulent. Nos legati reprehendimur, quibus cum Lacedæmoniis de quadraginta diebus ad pacem deliberandam convenerit[83]. § 33.

a) Horum rationes non probo. § 34. *δόξα τοῦ λέγοντος.*

b) Non ex nostra auctoritate solum agendum erat, sed considerandum etiam, quid vestris moribus conveniret. § 35. *ἔθος.*

---

80 § 22 *καὶ Κόνωνι τὴν ναυμαχίαν παρεσκεύασαν.* Verisimilis Emperii conjectura p. 213 *ναναρχίαν* pro *ναυμαχίαν*, nisi forte verisimilius *ναυκρατίαν.* Cf. Phot. Lex. 211. *Ναυκρατίαν· Ἀνδοκίδης Συμβουλευτικῷ.*

81 § 26 *μὴ βοηθούντων μὲν οὖν ὑμῶν οὐδὲ λόγος ὑπολείπεται μὴ οὐκ ἀδικεῖν Ἀργείους καὶ ποιεῖν ὁποῖον ἄν τι βούλωνται δικαίως.* Sluiter. p. 140 *μὴ οὐκ ἀδικεῖν, καὶ ποιεῖν Ἀργείους*, faciliore mutatione Baiter: *ἀδικεῖν, καὶ Ἀργείους*, nimirum quia ex objecto *Ἀργείους* subjectum *αὐτούς* ad *ποιεῖν* intelligi non possit. At consimilis loquendi consuetudo § 34 *ταῦτα δὲ οὔτε λαθεῖν οὔτε ἐξαπατῆσαι δεῖν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν, εἰ πεμφθέντες κτλ.*

82 § 27 *καὶ μετὰ μὲν πάντων τῶν συμμάχων τὴν εἰρήνην ποιουμένοις οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς οὐδὲν πιστεύειν Λακεδαιμονίοις.* Fort. leg. *ποιούμενοι.*

83 § 33 *αὐτοκράτορας γὰρ πεμφθῆναι εἰς Λακεδαίμονα διὰ ταύτην, ἵνα κτλ.* Reisk. et Turicc. pro *ταύτην* scr. *ταῦθ'.* Recte, nisi quod forte literæ *ην* significant, post *ταῦθ'* alteram vocem *ἡμᾶς* latere.

V. *a)* Quidam se nescire dicunt, quid sibi velit ista pax, si civitati naves et moenia reddantur, privati homines suis possessionibus in extero solo sitis fraudentur. § 36.
b) Majores nostri quum naves et moenia ædificassent, tum opibus quoque et divitiis crescere coeperunt. § 37—39. *παράδειγμα.*

ἐπίλογος. § 40—41.

I. *σύντομος ἀνάμνησις.* § 40 init.

II. *πρὸς φιλίαν.* § 40—41.

III. *προαίρεσις.* § 41 extr.

De or. IV, quæ est in Alcibiadem[84].

Hæc oratio habita esse perhibetur Ol. XCI, 2 (a. a. Chr. n. 415. cf. Becker Andokid. p. 13, annot. 30. et Krueg. ap. Clinton. Fast. Hell. p. 79.), quum in eo esset populus, ut de Alcibiade, Nicia, Andocide decerneret, quis eorum testularum suffragiis (ostracismo) damnaretur.

προοίμιον. § 1—9.

I. Ingratus sane rempublicam attingendi labor. Quamvis multi existimationem meam calumniis oppugnarint, vestro judicio, Athenienses, et sententiis liberatus semper discessi. Nunc de eo agitur, utrum ego, an Alcibiades, an Nicias in exsilium abiturus sit. § 1—2.

πρόθεσις.

II. Lex de ostracismo reprehenditur[85]. § 3—6. *κακολογία* quædam. Cf. Spengel. Commentar. ad Anaxim. p. 126.

III. 1) Oro, ut benigne me audiatis. § 7.
2) Quod de odio meo in populum et rerum novandarum studio sermo est, jam diu innocentia mea ex eo

84 Iterum ac sæpius bibliopolis nostratibus mandavi, ut Meieri Commentationes Andocideas mihi pararent. Quamquam, id quod vehementer dolendum est, hanc operam frustra impendi.

85 § 5 *ἔτι δ' εἴ τις διὰ τοῦτο μεθίσταται ὅτι πολίτης ἐστὶν, οὗτος οὐδ' ἀπελθὼν ἐνθένδε παύσεται, ἀλλ' κτλ.* Reisk. conj. *πολίτης κακός.* Censor Jenensis ap. Schiller. ad Sluiter. p. 145 *ἀπολίτης,* Emperius p. 213 *πονηρός* l. *πονηρὸς πολίτης.* Fort. leg. - - *ἐστὶν ἄβουλος, οὐδ'* - - Cf. Antiph. I, 23. Neque vero *οὗτος* ferri potest.

plus semel apparuit, quod ii, qui me accusarunt, causa semper ceciderunt. § 8—9. *πρὸς εὔνοιαν.*

κακολογία. cf. Anax. 228, 5—7 (*τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ*). § 10—40.

I. *a) πρόθεσις.* § 10.

b) [1]) De tributo, quod Alcibiades sociis imponendum curavit. § 11—12.

[2]) De dote, quam duplicem a socero tum vivo tum mortuo exegit. § 13—15.

[3]) Quomodo se gesserit in Agatharchum, pictorem, civem ingenuum. § 16—19.

[4]) Quomodo Tauream, antichoragum suum, tractaverit. § 20—21.

[5]) Quid in Melios egerit, quid de Melia virgine fecerit. § 22—23.

[6]) A nullo plus quam ab Alcibiade civitati metuendum et cavendum est. § 24.

II. De Alcibiade Olympiæ commorante.

[1]) Quid in Diomedem fecerit, quum ipse victoriam jure injuria reportare decreverit. § 25—28.

[2]) Quomodo vasa, quæ in pompa ferri soleant, ipse ad suum usum arripuerit. § 29.

[3]) De reliqua ejus ad Olympiam commoratione. § 30—33.

Propter hujus partis *πρόθεσιν* (§ 25 *ἡγοῦμαι δ᾽αὐτὸν πρὸς τοῦτο μὲν οὐδὲν ἀντερεῖν*) credideris, in *προκαταλήψει* esse orationem.

III. *γενεαλογία.* Cf. Anax. 225, 27. — § 34. —

IV. Comparatio cum Alcibiade.

[1]) Ego quater criminationes sustinui et absolutus discessi. Ille numquam in jus vocari se passus est. § 35—38. *αὔξησις. ταπείνωσις.* Cf. Anaxim. 228, 19.

[2]) Quorum fidem iste imploret?[86] § 39—40. *εἰρωνεία.*

---

86 § 40 *τοῦτον δὲ κολάσαντες τοὺς ἀσελγεστέρους νομιμωτέρους ποιήσετε.* Sauppius: "malim — inquit — *ἀσελγεστάτους.*" Potius emendandum est: *ἀσελγεῖς ἑτέρους.*

Hæc pars orationis (§ 35—40) *προκαταλήψει* similis est ei, quam Anaximenes tribuit concionali generi p. 222, 14 sqq.

ἐπίλογος. § 41—42.

I. *ἀνάμνησις.* § 41.

II. *εὖ διαθέσθαι.* § 42.

Restat, ut ad eam, quam tertiam nobis proposuimus, de qua disputaremus, commentationis nostræ partem veniamus, transitionem, in qua non parva cernitur rerum disponendarum vis. Qua de re Cornificius ad Herenn. IV, 26, 35, "transitio — inquit — vocatur, quæ quum ostendit breviter, quid dictum sit, proponit item brevi, quid sequatur". Rem ipsam Anaximenes, ut solet, pertractat et explanat, nomine non appellat, ut p. 221, 24 sqq. *ἐὰν μὲν μακρὸν ᾖ τὸ μέρος καὶ βουλώμεθα μνημονεύεσθαι, συντόμως παλιλλογήσομεν· ἐὰν δὲ μέτριον ᾖ καὶ μνημονεύηται, αὐτὸ τὸ μέρος ὁρισάμενοι πάλιν ἕτερον προθησόμεθα,* p. 222, 1 sqq. *ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ μέρους ἢ παλιλλογίαν ἢ ὁρισμὸν ἐπιθεὶς πάλιν ἕτερον ὅ τι ἂν ὑπάρχῃ προτίθει.* Illi *ὁρισμῷ* i. e. conclusioni (partis alicujus) nomen quoque Anaximenes indidit *πέρας,* ut p. 222, 11 *τὴν προτροπὴν πέρατι ὁρίσαι.* De transitione dicit p. 227, 23 sqq. *ἢ παλιλλογήσαντες συντόμως τὰ προειρημένα ἢ πέρατι τὸ μέρος τελευταῖον ὁρισάμενοι, πάλιν ἃ διεπράξατο ὁ ὑφ' ἡμῶν ἐγκωμιαζόμενος ἀνὴρ προθέμενοι κτλ.*

Altera quædam transitio ab Anaximene significatur p. 223, 30 sqq. *μετὰ δὲ τὰ προοίμια μάλιστα μὲν ἕκαστα τῶν προειρημένων καθ' ἓν ἕκαστον προτιθέμενον ἐπιδεικνύειν.* Hæc transitio est, quum sine ulla recapitulatione vel conclusione transitus sola propositione efficitur.

Hæc transitionum genera duo duplici in ratione sunt. Aut ea enim præmuniunt, quibus inter orationis partes transitur majores, quæ sunt *προοίμιον, ἀπαγγελία, βεβαίωσις, προκατάληψις, ἐπίλογος,* aut ea, quibus inter minores, quæ sunt in prooemio *πρόθεσις, ἐπὶ τὸ προσέχειν,* cet., in *βεβαιώσει* singulæ *πίστεις,* cet.

Hæ autem transitiones quibus apud Antiphontem et Andocidem exprimantur loquendi formis, videamus. Prius illud transitionis genus triplicem in modum verbis enunciatur tribusque loquendi quasi formulis comprehenditur. Ac primum quidem quum vocibus *μὲν οὖν* indicatur *παλιλλογία* vel *ὁρισμός*, tum voce *δέ* significatur *πρόθεσις*. Hac locutione ab exordio ad narrationem transitus paratur ap. Antiph. I, 13 *ταῦτα μὲν οὖν μέχρι τούτου· περὶ δὲ τῶν γενομένων πειράσομαι ὑμῖν διηγήσασθαι τὴν ἀλήθειαν*[87]. — A *βεβαιώσει*[88] ad *προκατάληψιν* Antiph. IV, β, 7 *ὡς μὲν οὖν οὐ δικαίως κατηγοροῦμαι ἐπιδέδεικταί μοι· ἐθέλω δὲ τοὺς κατηγοροῦντάς μου πᾶσιν κτλ.* Id. V, 64 *ὡς μὲν οὖν οὐκ αὐτός αἴτιός εἰμι τοῦ πράγματος οὐδὲ ἐκεῖνος ἀποδέδεικται καθ᾽ ὅσον ἐγὼ δύναμαι μάλιστα· τούτῳ δὲ χρῶνται πλείστῳ λόγῳ κτλ.* — A *βεβαιώσει* ad *ἐξέτασιν* Antiph. VI, 33 *Ἡγοῦμαι μὲν οὖν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ ἀποδεδειγμένων, ὦ ἄνδρες, δικαίως ἄν μου ἀποψηφίσασθαι ὑμᾶς καὶ ἐπίστασθαι ἅπαντας ὅτι οὐδέν μοι προσήκει τῆς αἰτίας ταύτης· ἵνα δ᾽ ἔτι καὶ ἄμεινον μάθητε κτλ.* — A *βεβαιώσει* ad *ἐπίλογον* Antiph. IV, δ, 9 *ὡς μὲν οὖν οὐδενὶ ἔνοχος τῶν κατηγορουμένων ὁ διωκόμενός*

87 Ap. Antiph. or. V statim post prooemii *πρόθεσιν* (§ 19) sequitur narratio per *δέ* particulam indicata § 20 *ἐγὼ δὲ τὸν μὲν πλοῦν κτλ.* In VI, 10 brevis recapitulatio *προθέσεως* narrationem præmunit *ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν.* Similiter ap. Andoc. I, 10 *ταῦθ᾽ ὑμᾶς διδάξω. Ἦν μὲν γὰρ ἐκκλησία κτλ.* (init. narr.). Cf. ib. § 27 *φέρε δή, ὦ ἄνδρες, μετὰ ταῦτα τί ἐγένετο;*

88 Eodem loquendi modo (*μὲν οὖν — δέ*) sed non eadem vi et significatione aditus ad *βεβαίωσιν* patefactus est ap. Antiph. III, β, 3 *ἐδόκουν μὲν οὖν ἔγωγε ταῦτα παιδεύων τὸν υἱὸν ἐξ ὧν μάλιστα τὸ κοινὸν ὠφελεῖται, ἀμφοῖν τι ἡμῖν ἀγαθὸν ἀποβήσεσθαι· συμβέβηκε δέ μοι πολὺ παρὰ γνώμην τούτων.* Id. III, γ, 4 *τῷ μὲν οὖν δικαίῳ πιστεύων ὑπερορῶ τῆς ἀπολογίας· τῇ δὲ σκληρότητι τοῦ δαίμονος ἀπιστῶν κτλ.* Id. IV, β, 2 *οἶμαι μὲν οὖν - - ἐρεῖ δὲ - -.* Andoc. III, 2 *εἰ μὲν οὖν μηδεπώποτε - - ὅπου δὲ πολλάκις - -.* Or. IV (in Alcib.) § 10 *περὶ μὲν οὖν μοιχείας - - ἃ δὲ περὶ τὴν πόλιν εἴργασται - -.* In his enim omnibus voces *μὲν οὖν* non *παλιλλογίαν* indicant sed argumenti tantum præmunitionem. Cf. annot. 92.

ἐστιν ἀποδέδεικται· εἰ δέ τις κτλ. Id. V, 85 ὅσα μὲν οὖν ἐκ τῶν κατηγορηθέντων μέμνημαι, ὦ ἄνδρες, ἀπολελόγημαι· οἶμαι δ' εἶναι (ex conj. Scheibei) ὑμῶν ἀποψηφίσασθαι. Id. V, 79 ἃ μὲν οὖν μετὰ τῆς πόλεως ὅλης ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ ἔπραξε - - - ἃ δὲ ἰδίᾳ κτλ. (ab ἕξετ. ad ἐπίλ.). — A προκαταλήψει ad ἐπίλογον Antiph. 1, 31 ἐμοὶ μὲν οὖν διήγηται καὶ βεβοήθηται τῷ τεθνεῶτι καὶ τῷ νόμῳ· ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ σκοπεῖν κτλ. Id. III, α, 2 ἑκόντα μὲν οὖν οὐκ ἐπικαλῶ ἀποκτεῖναι, ἄκοντα δέ· ἐμοὶ δὲ κτλ.[89] Id. IV, β, 8 τούτοις μὲν οὖν ὁ θεὸς ἐπιθείη τὴν δίκην· ὑμᾶς δὲ χρὴ κτλ. — In minoribus quoque orationis partibus hæc transitio invenitur. In prooemio Antiph. II, β, 4 ἄθλια μὲν οὖν πάσχω - - ὅμως δὲ καὶ τοῦτο ἐπιχειρητέον. Id. II, γ, 1 ὡς μὲν οὖν - - ὡς δὲ - -. IV, α, 5

89 Hujus loci ratio, si accuratius explicatur, sic fere comparata est. Μὲν οὖν in vv. οἶμαι μὲν οὖν οὐδὲ ἀμφισβητήσειν κτλ. (§ 1) denuo in vv. ἑκόντα μὲν οὖν οὐκ ἐπικαλῶ resumitur, δέ in vv. ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐλάσσω utrique μὲν οὖν respondet, δέ in vv. ἄκοντα δέ soli μὲν οὖν in vv. ἑκόντα μὲν οὖν κτλ. Unde apparet, inter prius illud μὲν οὖν et hoc posterius δέ totam quandam orationis partem (προκατάληψιν) interjectam esse. Eodem modo Andoc. I, 112 extr. — 115. Πρῶτα μὲν οὖν ταῦτα εἰ ἀληθῆ λέγω, - - [interjectum est argumentum ἐκ τοῦ εἰκότος] - - ἐπειδὴ δ' ἔλεγε τῇ βουλῇ - -. Consimilis locus est Antiph. VI, 13 extr. sq. καθεστήκει μὲν ἡ χορηγία οὕτω. - - πρῶτον μὲν οὖν ἀποδείξω (§ 15) - - μεμαρτύρηται μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες (§ 16). - - ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων χρὴ σκοπεῖν, ubi inter μὲν et μὲν οὖν prius illud intercedit testium provocatio, inter utrumque μὲν οὖν interjacet πρόθεσις et μαρτυρία, vocibus ἐξ αὐτῶν δὲ κτλ. πρόθεσις resumitur. Quare οὖν in priore illo μὲν οὖν respondet voci μὲν in καθεστήκει μὲν ἡ χορηγία οὕτω. Similiter οὖν particula voci μέν respondet ap. Antiph. IV, α, 1 - 2 Νενόμισται μὲν ὀρθῶς - - - ὅστις οὖν τούτων ὑπὸ τοῦ θεοῦ κτλ. Id. V, 37 εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ εἰκότος - - - τῆς μὲν οὖν ἀληθείας κτλ. Id. l. l. § 31—33 ὁ μὲν γὰρ δοῦλος, ᾧ ἴσως οὗτοι - - - ἕως μὲν οὖν μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος κτλ. VI, 2—3 καὶ τοὺς μὲν νόμους - - - ὁ μὲν οὖν ἀγὼν ἐμοὶ μέγιστος - - ἡγοῦμαι μέντοι γε κτλ. VI, 12 πρῶτον μὲν - - ἐγὼ μὲν οὖν - - κατέστησα δέ. Οὖν igitur particulam addere poterat Krueger Gr. Gr. I, 69, 35, 3 iis particulis, quas subinde præter δέ et μέντοι voci μέν respondere docet.

ἐγὼ μὲν οὖν δεδιὼς - - ὑμεῖς δὲ κτλ. - -. V, 7 ἡ μὲν οὖν αἴτησις, ὦ ἄνδρες, καὶ νομίμως καὶ ὁσίως ἔχουσα - - περὶ δὲ τῶν κατηγορημένων κτλ.[90] Andoc. 1, 8 Σκοπῶ μὲν οὖν ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, - - ὅ δέ με ποιεῖ μάλιστ᾽ ἀπορεῖν. or. IV (in Alcib.) § 7 περὶ μὲν οὖν τούτων - - - δέομαι δ᾽ ὑμῶν κτλ. — In epilogo Antiph II, β, 12 τούτους μὲν οὖν τούτων ἀξίους ὄντας ἀπίστους ἡγεῖσθε· ἐμὲ δὲ κτλ. l. l. § 13 ταῦτα μὲν οὖν ἐπιεικέστερον ἢ δικαιότερον παρήσω· δέομαι δ᾽ ὑμῶν. Id. IV, γ, 6 extr. τούτῳ μὲν οὖν πρέπει καὶ ταῦτα καὶ ἔτι τούτων δεινότερα - - ἡμεῖς δὲ κτλ. Id. V, 96 νῦν μὲν οὖν ἀποψηφίσασθέ μου ἐν δὲ τῇ τοῦ φόνου δίκῃ κτλ. Andoc. III, 41 μέμνησθε μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς ἡμετέρους λόγους, ψηφίσασθε δὲ κτλ. — In reliqua oratione Antiph. V, 81 ὅσα μὲν οὖν ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων - - χρὴ δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν θεῶν κτλ. Id. VI, 16 μεμαρτύρηται μὲν οὖν κτλ.[91] Andoc. I, 59 ταῦτα μὲν οὖν ἦν ἐμοῦ μὴ εἰπόντος. εἰπὼν δὲ τὰ ὄντα κτλ. Id. l. l. § 136 ταῦτα μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τούτοις ποιητέα ἦν, ὑμῖν δέ γε τὸ ἐναντίον. Id. § III, 12 sq. περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα λέγω. φασὶ δέ τινες κτλ. Id. I, 70 περὶ μὲν οὖν τῶν γενομένων ἀκηκόατε - - - περὶ δὲ τῶν νόμων τκλ. Id. l. l. § 85 ἐδοκιμάσθησαν μὲν οὖν οἱ νόμοι, ὦ ἄνδρες, - - ἐπεὶ δὲ κτλ.[92]

Tum vero παλιλλογία voce μέν significatur, πρόθεσις voce δέ. Qua locutione transitus munitur a narratione ad βεβαίωσιν ap. Antiph. V, 25 τὰ μὲν γενόμενα ταῦτ᾽ ἔστιν· ἐκ δὲ τούτων ἤδη σκοπεῖτε τὰ εἰκότα. An-

90 Similiter similibusque particulis usus Antiph. V, 19 οὑτωσὶ μὲν δὴ πολλοῖς ἐλασσωθεὶς τῶν νόμων - - ὅμως μέντοι γε κτλ.

91 De quo loco cf. annot. 89.

92 Hi duo loci Andoc. I, 70. 85 in eadem ratione sunt, qua eos monstravimus esse, de quibus annot. 89 diximus. Ceterum multis in locis invenitur hæc loquendi forma (μὲν οὖν — δέ) non in transitionis ratione posita, sed ita usurpata, ut quandam argumenti præmunitionem significet. Cf. annot. 88. Hi loci apud Antiphontem sunt or. I, 13 init.; 20. III, δ, 8. IV, β, 2. δ, 1; 2; 5. V, 8 (de quo loco cf. Mætzner. Comment. ad IV, γ, 2.); 33; 37; 76; 94. VI, 3, apud Andocidem or. I, 9; 119; 139. III, 12; 28; 38; IV, 2; 11; 19; 29; 39.

doc. I, 19 *τὰ μὲν γενόμενα ἠκούσατε, ὦ ἄνδρες, - - ἃ δὲ οἱ κατήγοροι ἐτόλμησαν εἰπεῖν.* — A *βεβαιώσει* ad *ἐπίλογον* ap. Antiph. II, *β,* 10 *οὕτω μὲν ἃ κατηγόρηταί μου πάντα ἄπιστά ἐστιν· ἀπολύεται δὲ κτλ.* — In reliqua oratione ap. Antiph. II, *α,* 9 *τὰ μὲν βιασάμενα - - - μάρτυρες δ' εἰ μὲν κτλ.* V, 31 *ὡς μὲν ὕστερον τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ ἀνὴρ ἐβασανίσθη - - - προςέχετε δὲ τὸν νοῦν.* l. l. § 60 *ταῦτα μὲν ὑμῖν λέγω - - δεῖ δέ με κτλ.* Andoc. I, 25 *αἱ μὲν μηνύσεις ὧδε περὶ τῶν μυστηρίων αὗται ἐγένοντο τέτταρες· οἱ δὲ ἔφευγον κτλ.* l. l. § 43 *ἡ μὲν εἰσαγγελία αὐτῶν, ὦ ἄνδρες, τοιαύτη· ἀπογράφει δὲ τὰ ὀνόματα.* l. l. § 80 *κατὰ μὲν τὸ ψήφισμα τουτὶ - - τοὺς δὲ φεύγοντας κτλ.* l. l. § 113 *ὡς μὲν ἀληθῆ λέγω μεμαρτύρηται. πολὺ δέ μοι δοκεῖ κτλ.* Antiph. III, *β,* 7—8 *τὸ μὲν τοίνυν μειράκιον - - - ὁ δὲ παῖς κτλ.* Id. V, 52—53. Andoc. I, 29—34 *περὶ μὲν τῶν μυστηρίων - - -* (§ 34) *περὶ δὲ τῶν ἀναθημάτων κτλ.*[93]

Tertius prius illud transitionis genus verbis enunciandi modus, qui in tetralogiis fere Antiphontis invenitur, in eo est, ut *παλιλλογίαν* indicet participium aut genitivo absoluto, ut ajunt, positum aut ad subjectum enunciationis vel objectum relatum, *πρόθεσιν* autem primarium enunciationis membrum. Hoc modo transitus fit a *βεβαιώσει* ad *ἐπίλογον* ap. Antiph. II, *α,* 9 *ἐλεγχόμενος δ' ὑπό τε τῶν εἰκότων ὑπό τε τῶν παραγενομένων οὐδενὶ τρόπῳ οὔτε δικαίως οὔτε συμφερόντως ἀπολύοιτ' ἂν ὑφ' ὑμῶν.* Id. II, *γ,* 9. II, *δ,* 11. III, *β,* 11 *ἐλεοῦντες οὖν τοῦδε μὲν τοῦ νέου καὶ ἀναιτίου* (ex conj. Kayseri) *τὴν ἀναμάρτητον συμφορὰν κτλ.* III, *γ,* 11. IV, *γ,* 6. — In prooemio ap. Antiph. II, *α,* 3 *ἅπαντος δὲ τοῦ μιάσματος ἀναχωροῦντος εἰς ἡμᾶς ὡς ἂν δυνώμεθα κτλ.* III, *γ,* 3. — In epilogo ap. Antiph. II, *β,* 11. II, *γ,* 10; 11. II, *δ,* 12. III, *γ,* 11. III, *δ,* 10. IV, *δ,* 11. — In reliqua oratione ap. Antiph. II, *α,* 5. II, *δ,* 10. III, *β,* 6; 8; 10. *γ,* 10. *δ,* 8. IV, *β,* 6. *δ,* 3. Andoc. III, 28.

---

93 Cf. annot. 89.

Altera illa transitio quædam, quæ παλιλλογίᾳ caret, in partibus orationis majoribus non sæpe usurpatur. Quæ transitio quum ita sæpissime instituitur, ut particula δέ efferatur, tum in ἀντιλογίαις frequentissima est. A prooemio ad βεβαίωσιν transitum facit Antiphon II, β, 5 ἔστι δὲ οὐκ ἀπεικὸς, ὡς οὗτοί φασιν, ἀλλ' εἰκὸς κτλ. Id. II, δ, 4. III, δ, 3. IV, γ, 2. δ, 1. — A narratione ad προκατάληψιν Antiph. I, 21. Cf. Andoc. IV, 34; 35. — A narratione ad βεβαίωσιν Andoc. II, 17. — A βεβαιώσει ad ἐπίλογον Antiph. IV, α, 7. Andoc. I, 140. II, 24. cf. IV, 41. — In reliqua oratione Antiph. I, 28. II, β, 6; 7; 8; 9. γ, 4; 5 (οὐδὲ μήν); 6; 7; 8. δ, 4 (φασὶ δέ); 6; 7; 8; 9; 10. III, γ, 7; 8; 9; 10. δ, 4; 5; 6; 7; 8. IV, β, 5. γ, 3; 4; 5. δ, 4; 6; 7. V, 13; 28; 39; 49; 57; 74. VI, 20. Andoc. I, 90, 92; 106; 110; 117; 128; 130; 132; 137. III, 13; 17; 33. IV, 13; 16; 20; 24; 25; 30.

Hæ fere sunt in Antiphontis et Andocidis orationibus transitionum formæ. Ea, quibus ceterum transitus parantur, non certis quibusdam quasi formularum legibus astringuntur. Quamquam quater apud Antiphontem ab exordio ad βεβαίωσιν transitus particula γάρ insignis est, or. II, α, 4 οὔτε γὰρ κακούργους εἰκὸς κτλ. II, γ, 2 εἴτε γὰρ κτλ. V, 75 extr. πρὶν μὲν γὰρ κτλ. VI, 34 οὗτοι γὰρ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ κτλ. Cf. præterea Andoc. I, 10. Ex iis autem, quæ dicta sunt, apparet, Antiphontem Andocide in transitionibus efferendis longe diligentiorem suique similiorem esse. Apud Antiphontem orationum partes aliæ ex aliis aptæ sunt et quasi sua sponte inter se connectuntur. Apud Andocidem prima et tertia orationes paulo diligentius in partes partiumque membra dispositæ reperiuntur; contra ea quum secunda non ita apte et articulate composita est, tum præcipue quarta illa, quæ est in Alcibiadem, oratio ita ex partibus conglutinata esse videtur, ut non tam oratio in partibus quam partes in oratione appareant et cernantur.

ADDENDA ET EMENDANDA:

Pag. 15. vers. 36 (annot. 60.) addend.: Anax. 188, 21 sq

— 25. v. 5 sq. sic scribend.: Utrum ab interficiente poenam repetere justius sit necne, quaeritur; utrum illius an interfecti misereri.

— 30. column. a. v. 31. addend.: § 9 init.

— col. b. v. 11. sic scribend.: ut in alio facinore versantes in eum.

— — ad annot. 90. addend.: Cfr Xenoph. Anab. V, 2, 7.

— 32. col. a. v. 1. pro § 8 legend.: § 9.

— 34. col. a. v. 3. tollend.: I.

— 35. col. b. v. 13. addend.: *πρόθεσις.*

— 45. col. a. v. 13 sq. tollend.: *παράδειγμα*




1859.

